cit hic eē approbatam opi.abbatis in hoc. Li
mitat Jnno.in.d.c.de multa. ſi eſt perpetua.
allegat.c.ij.de ſta.mo.§.fi.ꝛ licet non ſit ꝑpe
tua dummodo poſſit eſſe perpetua ſicut eſt in
miniſtris ordinis minoꝝ ſufficit. Nam dr̄ eſſe
ꝑpetuū qd ē in potētia ꝑpetua. vt no.Car.in
d.cle.ij.tex.ē pro hoc in.c.clericos.in ꝟ.ꝑpetuā.
iūcta glo.de coha.cle.ꝛ muli. Item dr̄ digni
tas ſi in eccleſia vbi eſt reputet ꝓ dignitate et
habeat adminiſtrationē temꝑaliū reꝝ ꝑpetu
am.lȝ nō ſit numerata inter dignitates eccle
ſiaſticas ſm Jnno.ibidē. Miniſtri autē q̄ ſi
ne penitus iuriſditione exercēt officiuȝ aliqd.
ſicut ꝓcuratores.ſindici.et ſacriſte.q̄ pulſant
cāpanas nō hn̄t dignitatē etiā ſi eēnt ꝑpetui.
ſecus ſi hr̄ent iuriſditionē.ff.de off.pro.ceſa.l.
vlti.ſm eundē Jnnoc. Similiter dr̄ dignitas
q̄ appellatur aliquo nomine de dignitatib9 iu
ris.vt archidiaconatus ꝛ hmōi.etiā ſi non ex
erceret officiū.ſm Jnno.ibidē. Ex qb9 ptȝ ꝙ
vicarius epi nō hȝ aliquā dignitateȝ ſm Pa.
vbi.s.ꝛ differt a ꝑſonatu dignitas.q2 ꝑſona
tus ſm Arch.vbi.s.ē quedā ꝓrogatiua in ec
cleſia ſine iuriſditione vt hr̄e ſtallū honorificū
in choro.in.c.in optionibus ī ꝓceſſionibus in
vocibus dandis ꝛ ſimilib9 pluſq̄ alij ſui ordi
nis canonici.ꝛ nō.tanq̄ alij in dignitate cōſti
tuti.q̄uis ſm Jnno.vbi.s. aliqn̄ accipiaꝫ ꝓ
dignitate. Officiū vo ſm eūdem Arch.vbi.s.
ē adminiſtratio reꝝ eccleſiaſticaꝝ ſine iuriſdi
tione.ſicut ſindici. ꝓcuratores.caſtaldi.de q̄
bus.j.q.iij.ſaluator. Itē vicedomin9 ꝛ ſimi
les ſicut ꝑice hn̄t referre. tūc hn̄t officiū non di
gnitatem.
Utrū ſucceſſor ī dignitate teneaꝫ ex ꝯtractu ini 1
to cū p̄deceſſore ſuo. R. Pa.in.c.j.de ꝓba.ꝙ
ſic.ſi fuit initus noīe dignitatis. etiā ſi fuerit
init9 cū ſubdito ſuo. Ita tȝ Cy.ī.l.digna vox.
C.de legi.ꝛ Jo.an.ꝛ cōiꝫ ſeq̄ntes.et ſi talꝫ ſit
papa vel imꝑator.fac.l.ceſar.ff.d publi.ꝛ etiā
q2 talꝫ obligatio ē de iure naturali cui p̄nceps
ſubmittiꝫ.facit cle.paſtoralis.§.cetꝝ.de ſen.
ꝛ re iudi.
Utrū dignitas poſſit appeti vel q̄ri. R.ꝙ di 2
gnitas eccl̄iaſtica nō.imo ipo iure eſſiciꝫ indi
gn9 ꝛ dȝ repelli.j.q.vj.ſicꝫ is q̄. Dignitas vo
ſecularis ſi ē dign9 ꝛ apt9 pōt appeti ꝛ peti ab
eo q̄ p̄t eā dare et mediāte pecunia.dūmō pa
lā deꝫ ꝛ petaꝫ.vt.ff.de pollici.l.j.§.j.ff.de de
curio.l.eos.ꝛ.ff.de of.p̄to.l.barbari9.ī pn̄. Se
cus ſi clā.vt.C.ad.l.iul.repe.l.fi.in pn̄.ibi nō
ambitu vel p̄cio. Simil lȝ dare pecuniā. vel pet
re vt ꝯfirmeꝫ.vt no.gl.ſingl̄aris.ī.d.l.eos.fa
cit.ꝓ his oībus gl.ī.l.vnica.ff.ad.l.iul.de am
bitu. Similiꝫ lȝ emere militiā.ff.de ac.emp.l.
creditor.§. inter venditorē. Q̄d limita ſi que

rit vt ꝓſit. nõ vt pſit. q꞉ ſic peccat de quo vide
s. ambitio. §. j. ⁊. j. Officiũ. §. j. ⁊. iij. Areſto. tñ
j. poli. c. vj. dicit ꝙ licite appetitur principat⁹
ſi tria concurrant. Primo ꝙ habeat amorem
ad conſiſtẽtẽ pollitiã. Secũdo potentiã maxi
moꝝ opeꝝ pncipatus. Tercõ ꝟtutẽ ⁊ iuſticiã
in vnaquaqꝫ pollicia eã que ad pollicíam per
tinet. vñ ſm eum lꝫ ſcienti ſe habere predicta
tria appetere principatuꝫ ꝓpter vtilitatem rei
publice. ſed nõ lꝫ ei eũ petere. vñ dicit. ij. pol.
c. vj. Nõ bene ſtatutũ eſt ipm petere qui pnci-
patu dignificabitur.

3 Vtrum quis poſſit habere plures dignita
tes eccleſiaſticas ſimul. vide. s. Beneficium.
§. xxxiij. cum ſe.

4 Vtrũ epus poſſit diſpẽſare cũ eo qui. xx. hꝫ
annũ ſolũ. vt poſſit habere dignitateꝫ eccleſia
ſticã ſine cura animaꝝ. R. ꝙ ſic. c. pmittim⁹.
de eta. ⁊ quali. li. vj. Officium quãtũcũqꝫ vile
dr̃ dignitas quãdo ſit principe mãdante. tex.
eſt in. l. nemo prefectus. C. de digni. Et ſic ve
rificat̃. l. vnica. C. de man. prin. vbi dicitur ꝙ
nulli credat̃ ſe mandato principis veniſſe niſi
in ſcriptis oſtendat. ⁊ addit̃. nec vllius digni-
tate terreri. ſiue tribuni. ſiue notarij. ſiue co-
mitis proferat dignitateꝫ. hec ibi.

Dilapidator dicitur ꝑlatuſ qui res
eccleſiaſticas alienat et male expẽdit
qui debet deponi. xij. q. ij. apoſtolicos.
⁊. xvij. q. iiij. nullus res.

1 Vtꝝ ſuſpecto de dilapidatione debeat da-
ri coadiutor. R. ꝙ ſic. vide in. c. venerabili. de
offi. del. ⁊ i. c. lꝫ Heli. §. q꞉ vero. de ſimo.

Diligere deum debemus ex toto cor
de ⁊c. de pe. di. ij. §. caritas ẽ. vide. s.
Caritas.

1 Vtruꝫ teneamur diligere inimicos. Rñ. ſ.
Ho. in. iiij. di. xxx. q. iiij. ⁊. v. ꝙ ẽ affectus ⁊ ef-
fectus dilectionis duplex. Primus innocen-
tie q̃ nolum⁹ nocere ⁊ iſto mõ eſt in ꝓcepto. vñ
q̃libet tenet̃ nõ optare eis malũ inquãtũ ma-
luꝫ ẽ. i. ꝑ ſe. poſſumus tñ ꝑ accidẽs optare eis
malũ. puta. ſi credimus ꝙ ſit expediẽs ſibi vl̃
eccleſie. vel cõitati. ſed inferre quo ad effectũ
non lꝫ. niſi ſit officialis cui cõpetit ⁊ zelo iuſti
cie faciat. vel in caſu pmiſſo a iure. Alius ẽ af
fectus ⁊ effectus benificẽtie. Et hic ẽ duplex.
quidaꝫ a caritate elicitus quo quis optat alij
ſummũ bonũ. vl̃ bona ſpũalia. ſ. grãm ⁊ glĩaꝫ
⁊ iſte ẽ in ꝓcepto erga inimicos. Quidam ẽ a
caritate imperat⁹ q̃ q̃s optat alij bonũ tpale.
⁊ pſpitatẽ trãſitoriã ⁊ iſte nõ ẽ in ꝓcepto niſi
in caſu neceſſitatis. ẽ tñ pfectionis optare ta-
lia inimico niſi ꝑ accidẽs inquantũ putant̃ ei
vel alijs nociua. vl̃ ſi eſt inimicus eccleſie. aut
cõitatis q꞉ tũc eſſet impfectionis optare ſibi
bona tpalia. Intellige tñ ſm Alex. in. iij. ꝑte
ſum. tractatu de caritate. ꝙ ẽ ꝓceptũ affirma-
tiuũ qd̃ nõ obligat ad ſemper. i. cũ non ſumus
in conſideratione. aut dormimus. ſed ſolũ pro
loco ⁊ tempe quãdo de hoc cogitamus. vel ne
ceſſitatis caſus occurrit. Limita etiaꝫ ꝑdicta
ſm. ſ. Ho. vbi. s. q. v. ⁊ Ri. ibidẽ. ar. j. q. j. i effe
ctibus ſpãlibus. lꝫ quo ad effectus generales
tenet̃ quis de ꝓcepto diligere inimicos. puta.
cũ quis orat in generali pro populo. ꝑdicat ſa
cit elemoſinã generalẽ ⁊ hmõi. q꞉ tenet̃ nõ ex
cludere eos a talibus. ⁊ etiã tenet̃ ad effectuꝫ
ſalutationis ſm Ric. ibidẽ q̃ cõiter impendit̃
niſi in caſu qñ timeret eos ꝓuocari ad malum
aliqd̃. vel aliud inconueniẽs oriri.

Vtruꝫ teneamur remittere ſigna rancoris. 2
Rñ. ſm Ric. vbi. s. q. ij. ꝙ ſic. ſi petit veniam.
Actionẽ aũt nũqꝫ. vel dic ſm Ale. vbi. s. ꝙ eſt
rancor q̃ comittat̃ appetituꝫ vindicte ⁊ hũc di
mittere eſt ꝓcepti. vt. s. patet. ⁊ ẽ punitio quã
comittat̃ zelus iuſticie. ⁊ hanc nullus tenet̃ re
mittere de neceſſitate. Nõ tamẽ ꝙ ſunt q̃dam
ſigna ꝓpinqua q̃ gerunt probabilẽ ſuſpitionẽ
rancoris. vt cũ q̃s nunq̃ vult loqui iniuriãti.
vel cũ obuiat diuertit. vel torto vultu reſpicit
⁊ hmõi. ⁊ talia nulli licet tenere. ſiue añ ſatiſ-
factionẽ ſiue poſt. q꞉ ab omi ſpecie mali eſt ab
ſtinendũ. nam ex talibus ſignis pꝫ inimicitia
facit. c. ij. de renũ. li. vj. ⁊. l. dolũ. C. d̃ dolo. vi
de qd̃ no. in. c. cuꝫ adrianus. lxiij. diſt. vbi glo.
vult ꝙ quãdo quis alium nõ ſalutat preſumit̃
eſſe inimicus. quã limitat Pa. i. c. repellãtur.
de accu. veruꝫ quãdo erat ſolit⁹ ſalutare. Sũt
alia ſigna remota. vt non ꝯuerſari amicabilit̃
nõ facere ſibi mutua ſeruitia. nõ cõtinue ꝯuer
ſari ⁊ hmõi. ⁊ ſi hoc facit vt magis viuat i pa
ce. ⁊ ille magis cognoſcat delictũ ſuũ non pec
cat. alꝰ petenti veniam ⁊ ſatiſfacienti ꝓ poſſe
nõ poterit ſine pctõ veniali tñ iſta denegare.
vide de hoc. j. Iniuria. §. vj. ⁊. vij.

Vtrũ diligere mundum ſit peccatũ. R. ſm 3
Ale. ſe. ſe. tractatu de auaricia. q. ij. ꝙ aut dili
git̃ ad neceſſitateꝫ. ⁊ ſic nõ ẽ pctm̃. Vñ Beda
ſuper Jo. ij. vtimini mũdo ad neceſſitatẽ non
ad voluptatem. Aut diligit̃ ad voluptatem ⁊
ſupfluitatẽ. ⁊ ſic ẽ ꝓhibitũ. Et lꝫ ordinate q̃s
poſſit amare mũdũ. tñ difficile ẽ qm̃ ẽ occaſio
pctõꝝ. Aut diligit̃ mũdus vt finis in eo cõſti-
tuat̃. ⁊ ꝓpter ſe ⁊ lꝫ nõ ſit in eo aliqd appetẽdũ
propter ſe. tñ extimatur in eis ſufficiẽtia cum

nō ſit. ⁊ ſic cadit ſub prohibitōe talis dilectō
⁊ iſtis duobus modis dicit̄. Nolite diligere
mūdū.j. Jo. ij. ⁊ noīe mūdi itelligūtur tēalia
Eſt etiā diligere mundū.i.lōgo tēe velle ſtare
in mūdo ꝓpter delitias. ⁊ ſic eſt veniale pecca
tū. ſed ꝑpetuo velle ſtare nō pōt eē ſine morta
li pctō. ſi ē deliberatio voluntatis ſm Pe. de
pal. in. iiij. di. xxj. velle ſtare ꝓpter ꝓlongari ſo
lū non eſt peccatū. ſed ſi vt magis mereatur ⁊
melius operetur eſt meritoriū.

Diligentiam qualem tenet̄ quis po
nere in rebus alienis. vide. s. comoda
tum. §. xj.

Diocesis eſt vbi epiſcopus. xvj. q. iij.
c. quicūq̄.

Diſcere debet quilibet anteq̄ doce
at. xxiiij. di. c. his igit̄. in fine. ⁊. xxxvij. di. rela
tum. ⁊. lxj. diſt. c. in ſacerdotibus. ⁊. xvj. q. j. ſi
clericatus. ⁊ qui recuſat diſcere diaboli mem
brū eſt. xxxviij. di. nullus. ⁊ ſacerdotes debent
ſemꝑ ſacris litteris intendere. ſimiliter p̄dica
tores. xxxvj. di. §. ecce. ⁊. xxxviij. diſt. ignoran
tia. etiā ſenes. ⁊ Aug. dicit ſe libenter a iunio
re adiſcere. xxiiij. q. iij. ſi habes. circa medium.

Diſciplina eſt vltrix male vite. xxiij.
q. v. c. ad fidem. non amat filiū aut ſer
uū qui eum non diſciplinat. ea. q. c. nō
putes. mali ſunt flagellandi non interficiendi
xxiij. q. v. c. j. ⁊. ij. ⁊ ꝑ totā. q. facit elemoſinam
qui per diſciplinam corrigit. xlv. di. ⁊ q̄ emen
dat. Cum miſericordia eſt temperanda. c. di
ſciplina. xlv. di. ⁊ citra effuſionem ſanguinis.
ar. de rapto. c. in archiepiſcopatu vide. s. cor
rectio primo.

Diſcordia vtrum ſit peccatū morta
le. Rn̄. ſm Tho. ſe. ſe. q. xxxvij. ar. j. ꝙ
diſcordia eſt peccatum inquantū con
cordie cōtrariatur. Q̄ḋ quidem poteſt eſſe du
pliciter. ſ. per ſe aut ꝑ accidēs. per ſe. i. cū ſciē
ter ⁊ ex intentione. ſic accipitur ꝑ ſe in huma
nis actibus et motibꝰ diſſentit a bono diuino
⁊ bono proximi in quo tenetur conſentire. ⁊ tūc
eſt mortale ex genere ſuo propter cōtrarietatē
ad caritatem. ⁊ hoc eſt quando cognoſcit tale
quid ſm rationem eſſe fiendū. tamen non vult
aliqs aſſentire ne videatur ſequi opinionē alio
rum tanq̄ minus ſapiens. vel ex odio. aut di
ſplicentia ad alium cui queritur prouideri vel
alia ex cauſa. Et ſic itellige. c. oblationes diſſi
dentiū. xc. di. ⁊. c. abſq̄t. xj. q. iij. ⁊. c. iſmael. di.
lix. Limito hoc in rebus alicuius importātie.
alrs eſſet veniale. ſicut in pueris patet. Primi
etiam motus huius diſcordie ſunt veniale pec
catum propter imperfectionem actus. Quan
do autem diſcordia eſt per accidens quod eſt
quando in actibus humanis eſt preter intenti
onem. ſicut cum vnus dicit bonū tale quid ali
us opinatur contrarium. tunc non eſt peccatū
niſi ſit cum errore circa ea que ſunt de neceſſi
tate ſalutis vel cum pertinacia indebita. quia
caritas eſt voluntatum vnio. non opionum.

Diſcretio eſt mater omniū virtutum
j. q. v. preſentium. de offi. cuſto. c. j. Eſt
neceſſaria in prelato in corrigendo. l.
diſt. ponderet predicatori. xliij. di. ſi rector. §.
vlti. Confeſſori. xxiij. q. iij. his qui. de pe. di. j.
quē peniter. de pe. ⁊ re. c. omnis.

Diſpenſatio eſt iuris cōis relaxatō
facta cū cauſe cognitōne ab eo qui ius
habet diſpenſandi ſm glo. j. q. vij. §.
multoꝝ. alrs eſt. §. niſi rigor. et addit diſpenſa
re eſt diuerſa penſare. Nam omnia hec de qui
bus ibi fit mentio penſare debet qui diſpenſa
re vult. Et que ſint illa infero in q̄ōne ſequēti.
⁊ ideo ſm Ber. in li. de diſpenſatione ⁊ prece
pto prelati ſine cauſa rationabili vel ſaltē du
bia. ſed pro ſola voluntate dantes licentiā ve
niendi contra legem ſunt diſſipatores non di
ſpenſatores.

¶ Que ſunt cauſe legitime diſpenſandi. Rn̄. i
vt colligo per totā. q. vij. prime cauſe ſunt ſex.
Prima tempus. ibidē. c. neceſſaria. ⁊. c. q̄ḋ ꝑ
remedio. nam defectus noſtri temporiſ quibꝰ
non ſolum merita ſed corpora ipā defecerunt
diſtrictionis illius non patitur manere cenſu
ram. xxxiiij. di. fraternitatis tue. Secunda vti
litas valet vt aliq̄ facilius reuertātur. xxiij. q.
iiij. ipā pietas. ⁊. j. q. vij. tali. Tercia qualitas
perſone ⁊ meriti ⁊ ſciētie. d. c. tali. et. c. didici.
cum alius eque dignus non ſit. Quarta reli
gio. lxxvij. di. c. monachus. de ſen. ex. cum illo
rum. Quinta multitudo ratione ſcandali vitā
di. l. di. vt cōſtituerēt. Sexta neceſſitas. d. c. tali.
¶ Utrū diſpenſatio neceſſario requirat cau 2
ſe cognitionem. R. Pa. in. c. diuerſis. de cleri
cis coniugatis. ꝙ in principe non. ſed ſufficit
ſola ipſius volūtas. in his que ſunt iuris poſi
tiui solū. vt no. Inno. in. c. cū ad monaſteriū.
de ſta. mo. ſed in inferiore ſic. vt no. glo. i. d. §.
niſi rigor vñ ſi fiat ſine cognitione cauſe ē diſ
ſipatio non diſpenſatō. ⁊ venit puniendus. q̄
egit cōtra legem vide bonā glo. in. c. ij. de ſeſſ.
vbi plene no. doc. tenēt tū q̄ ad eū qui diſpen
ſauit q̄ nō poteſt cōtrauenire neq̄ eā reuoca
re ex quo egit actū in quo potuit diſpēſare lꝫ
non teneat quo ad ſuperiorem. vt notat glo. in

dicto.c.diuerſis.
¶ Utrum diſpenſatus ſine cauſa legitima ſit
tutus quo ad deū. R. vt colligo ex Inno.i.d.
c.cū ad monaſteriū.⁊ Pa.in.c.nō eſt voti.de
voto.ꝙ aut loquimur de papa aut de alijs. Si
de papa aut loquimur in his que ſunt iuris di
uini vt in voto.iuramento ⁊ hmōi.⁊ ſic nō po
teſt diſpenſare ſine iuſta cauſa.aliter diſpēſa-
tus non eſt tutus quo ad deum. Si autem ſub-
eſt iuſta cauſa tenet diſpenſatio ⁊ eſt tutus etiā
in voto caſtitatis ⁊ proprietatis ſm Innoc.
vbi.s. Si ꝟo loquimur de his que ſunt iuris
poſitiui poteſt ſine cauſa ⁊ eſt tutus in cōſciē-
tia.q₂ eius eſt deſtruere cuius eſt condere.nec
ꝑnceps tenet legibus ſuis ligat᷒.l.digna vox.
C.de legi. Limitat tñ Pa.de pluralitate be-
neficioꝝ in qua nō poteſt ſine cauſa legitima.
⁊ ita tenet Jo.an.in.c.de multa.de ꝓbē.q₂
oīa bona eccleſiaꝝ ſunt dei.vt in.c.cū ex eo.de
elec.li.vj.⁊ ideo nō ē tutus taliter diſpēſat᷒
de quo dic vt.s. Bñficiū.§.xxv.ex quibus in
fert Pa.ꝙ nō eſt tut᷒ religioſus cū q̄ diſpen
ſat ſine cā iuſta vt tranſeat ad latiorem religi
onem. Similit̄ ſi ꝓficit̄ eccleſie curate cā legi-
tima non ſubſiſtente.puta q₂ non eſt aptus ad
officiū ꝑdicandi.vel exercitiū cure. Pñ di-
cit gl.ſingularis i.c.monachi vagantes.xvj.
q.j.ꝙ religioſus ꝓmotus eccleſie ſeculari nō
vt pſit ſed vt ꝓſit peccat mortaliter.q₂ facit
contra votū ſuū. Si loquimur de alijs a papa
ſic claꝝ eſt ꝙ nō eſt tutus quo ad deū.nec quo
ad eccleſiaꝫ.vt no.Inno.vbi.s.quia cuicūꝗ
alio a papa cōceditur diſpenſare intelligit̄ ꝙ
hoc faciat ex cā legitima.⁊ ideo debet fieri cuꝫ
cauſe cognitione.quod no.bene.
¶ In quibus poteſt diſpēſare papa.vide.ſ.
Papa.
¶ In quibus caſibus pōt ep̄s diſpēſare. R.
ꝙ glo.in ſum.l.di.⁊ in.d.§.niſi rigor.et doc.i
c.at ſi clerici.de iudi.ſatis confuſe loquūtur ⁊
contrarie. Sed tu dic clare.ꝙ aut diſpenſatio
ē in faciendo ꝯtra canones vł cōciliū.⁊ ſic nō
poteſt.niſi hoc ei expreſſe a iure cōcedat̄.c.cuꝫ
dilectus.de tempo.or. Et ſic intellige opinio-
nem q̄ dicit ꝙ nō poteſt niſi ea cōcedatur exp̄ſ
ſe.vt in.c.cū dilectus. Et ſic collige ꝙ epiſco-
pis conceditur diſpenſatio in omnibus crimi
nibus minoribus adulterio. Naꝫ peccās mor
taliter notorie notorietate iuris nō poteſt pro
moueri.xxv.di.primū itaꝗ.in glo.⁊ ꝓmotus
deponitur.l.d.qui ſemel.⁊ ideo indiget diſpē
ſatione que ep̄is in criminibus minoribus a-
dulterio cōceditur generaliter.vt notat̄ in di-
cto.c.at ſi clerici.conceditur etiam in aliq̄bus
minoribus.vt de heretico ⁊ ſciſmatico.l.diſt.
preſbiteros.in glo. Item in ſacrilego.l.diſti.
ſi quis preſbiter. Et quomodo in iſtis et mul-
tis alijs diſpenſat.intra ſubiectaꝫ. In tribus
tamē caſibus poteſt epiſcopus diſpenſare cō
tra canonem ⁊ concilium licet ei expreſſe non
cōcedatur. Primo rōne cōſuetudinis vt quia
cōſuetudo preſcripta habet vt diſpenſare poſ
ſit.c.fina.de conſue.xj.q.j.quicunꝗ.conſuetu
do enim facit valere diſpenſationem.q̄ alſ nō
valeret.arg.de celebra.miſſa.pernicioſus.cuꝫ
ſuis concor.⁊ arg.de tranſact.c.fina. Secūdo
ratione magne neceſſitatis vł vtilitatis de no
uo emergentis.⁊ inexcogitate tꝑe conſtitu
tionis.quia tunc epiſcopus poteſt diſpenſare
vt tenent domini de rota ⁊ Jo.de lig.in.d.c.
at ſi clerici.⁊ ſequitur Pa.ibidem.⁊ Bal.no.
in.l.omnes populi.ff.de iuſti.⁊ iure.⁊ bart.in
l.ſi hominem.ff.manda. Ponit exemplum ꝙ
in ciuitate peruſij fuit factum ſtatutū ne q̄s de
ferret arma.⁊ tamē priores poſſent dare licē-
tiam portandi propter brigam ciuitatis quā
de nouo habet.⁊ etiaꝫ ſtatuere.quia eſt caſus
nouus nō preuiſus a ſtatuentibus etiam ſi iu
raſſent ſeruare illud ſtatutū.vt no.bal.in.R.
C.qui ad bo.poſ.⁊ barto.in ſecūda conſti.C.
§.quibus. Facit.d.l.ſi hominē.vbi ꝓcurator
ex noua cauſa prohibet ſpāli procuratori.ne
exequatur manumiſſionem ſibi cōmiſſaꝫ.⁊ he
ne.vt ibi. Ex quibus concludo epiſcopū poſſe
diſpenſare in gradibus prohibitis ī matrimo
nio quando impedimentum eſt occultuꝫ.⁊ ad
papam nō poteſt haberi recurſus ad ſeparati
onem poteſt fieri ſine notabili ſcandalo.ſicut
ſepe euenit in mulieribus q̄ cognite fuerunt a
cōſanguineis viri anteꝗ̄ cōtraherent mr̄imo
niū. Tercio.quando canon dicit diſpenſatio-
nem poſſe fieri.ſꝫ aliter expreſſe nō indulgeat
ꝙ tunc epiſcopus poteſt.arg.c.nuper.de ſen.
ex. Ita tenet Jo.de ligna.⁊ Jo.Cal.⁊ ori-
ginaliter fuit dictū Inno.in.c.dilectus.de tē
po.or.q₂ fruſtratorie intelligeret̄ de papa qui
ſemper poteſt indulgere.⁊ hoc etiā tenet glo.
in.c.poſtulaſti.de cle.excō. Aut diſpenſatio ē
ſuꝑ eo qd̄ iam eſt factum vt tolleretur.⁊ ſic po
teſt ep̄us niſi ꝓhibeat̄.vt in.d.c.nuꝑ.ar.ad h
xxij.q.v.hoc vt.⁊ ſic. Intellige ſcd̄am opinio
nem illoꝝ qui dicūt ꝙ ep̄us pōt diſpēſare niſi
in caſibus vbi exp̄ſſe ꝓhibetur ſibi. Sꝫ vt cla-
rius ſcias quādo ei conceditur ⁊ quō ⁊ qñ ei ꝓ-
hibet̄.hic recocolligo q̄ ad foꝝ cōſcie ꝑtinet q̄
ſi ꝓ tabula totius iſtius ſumme. Et ꝑmo quō

diſpēſat cū apoſtata.vide.s.Apoſtaſia.§.vj.
⁊.j.Irregl'aritas pmo.§.xxvij.Item in bis
baptiſato vide Baptiſmus.vij.§.ix.⁊.x.⁊ Ir-
regl'aritas.pmo.§.xxiiij.Itē cū eo q̄ recipit
bñficiū de manu laici vide Bñficiū.§.xij.Itē
in clerico ꝯiugato vt hēat bñficiū.vide Bñfi-
ciū.§.xv.Itē in illegitio vt hēat bñficiū ibi-
dē.§.xvij.cū mr̄is.§.ſe.Itē quō q̄s hēat bñ-
ficia plura.ibidē.§.xxxviij.Itē ī bigamo.vi-
de Bigamia.§.ix.Itē vt q̄s ꝯhat mr̄imoniū
ſine bānis.vide.s.Clādeſtinū.§.j.Itē cū cle-
rico exn̄te ī ſtudio ne ꝓmoueat̄ ad ſacerdotiū
⁊ ſup reſidētia.vide Clericus.vij.§.v.Itē in
viciato in corꝑe vt ꝓmoueat̄.vide corꝑe vitia-
tus.§.j.Itē in q̄bus criminibus diſpēſat vide.
Crimē.§.v.Itē in dignitate cū eo q̄ hȝ.xx.an-
nū.vide.s.Dignitas.§.iiij.Itē in pugnāte ī
duello.vide Duellū.§.j.Itē in etate quō p̄t
diſpēſare.vide Etas.Itē quō diſpēſat cū ho-
micida.vide Homicidiū.ij.§.j.⁊.§.ix.⁊ homi-
cidiū.v.§.j.⁊.ij.⁊.iiij.Itē cū eo q̄ eſt in bello
iniuſto.vide Irregularitas.j.§.v.Itē quō
diſpēſat cū infami.vide.Infamia.§.xij.Itē
quō diſpēſat cū p̄latis ne ab officio amoueat̄
q̄n̄ ꝓcedit inq̄rendo.vide.j.Inquiſitio.§.ix.
Itē quō diſpenſat cū illo q̄ ligna ꝓ hereticis
ꝯburendis poſuit vide.Irregularitas.j.§.
xviij.Itē quō diſpenſat in eo qui ordinat̄ in
excōicatione exiſtēs.vide ibidē.§.xxij.Item
cū eo qui duos ordīes ſacros vno die accepit
ibidē.§.xxiij.Item cū acolito q̄ miniſtrat ad
baptiſmū bis vni collatū.vide ibidē.§.xxiiij.
Item quō diſpenſat cum eo qui ſuſcepit ordi-
nem ab ep̄o excōicato.vel q̄ reſignauit ep̄atui
ibidē.§.xxxj.Item quō diſpēſat cū eo q̄ ſuſce-
pit ordines ex̄ tempa debita.ibidem.§.xxxv.
Item cū eo qui miniſtrat in ordine quē nō ha-
bet ibidem.§.xxxviij.Item cum publice peni-
tente.ibidem.§.xlix.Itē cū illegitimo.ibidē
§.lij.Itē in impedimēt̄ mr̄imonij.vide Ma-
trimoniū.iij.Impedimēto.xviij.§.iij.Itē in
ſolēniter penitente.vide.j.Penitentia.§.v.
Item quomō diſpēſat cū ordinatis a ſciſma-
ticis.vide.Sciſma.§.iiij.Item quō in ſimo-
niaco in ordine vel in beneficio.vide.j.Simo-
nia.vj.§.ij.⁊.iij.Item in alia ſimonia.ibidē.
§.v.Item cū ſortilegis.vide ſors.§.iiij.Itē
quomodo diſpēſat cū pugnante in torneamē-
tis.vide.j.torneamentū.§.vlti.Item quō di-
ſpēſat ī voto ſancti Iacobi.⁊ hierl'm.vide.j.
Votū.iiij.§.vj.Itē in voto caſtitatis.ibidē.
6 §.ix.
¶ Vtrū ep̄s ī caſibus ī q̄bꝰ diſpēſare p̄t poſſit
hoc facere ſine capitulo.R.Arch.in.c.is qui.
de fi.p̄ſbite.tenet ꝙ nō.ſed ego teneo cū gl.in
c.cū ex eo.de elec.li.vj.ꝙ ſic.
¶ Vtrū abbas vel alius p̄latus religioſorū
poſſit diſpēſare cū ſuis ſubditis.R.ꝙ nō.ni-
ſi inq̄ntū eis a iure.vel regula.aut ꝑ p̄uilegiū
ꝯcedit̄.vt no.Inno.in.c.ij.de eo qui fur.or.
ſuſce.⁊ do.Antō.in.d.c.at ſi clerici.⁊ ibi dicit
Pa.ꝙ ē cōis opinio.
¶ Sȝ in q̄bꝰ caſibꝰ ꝯcedit̄ abbati vt diſpēſa-
re poſſit.R.ꝙ in decem.Primo ī nouitio vt ꝓ-
moueat̄ ad ſacros ordīes.lxxvij.di.monachꝰ.
Secūdo cū apoſtata monacho.vt poſſit mini-
ſtrare ⁊ aſcēdere ad alios ordīes.arg.l.d.c.fi.
niſi in apoſtaſia ſit ordinatus vt de apoſtatis
c.fi.q2 ad papā tūc ꝑtinet vt ibidē.Tertiō cū
illegitimo monaſteriū intrante vt ꝓmoueat̄ ī
c.j.de fi.p̄ſbi.Quarto ꝙ nō ꝯfiteat̄ ⁊ eucha-
riſtiā ſumāt ſemel in menſe.cle.pma de ſta.mo.
Quinto ꝙ monachꝰ det̄ ī capellanū eccie ꝓo-
chialis.ſi ep̄i ⁊ ꝓꝓi ꝯſenſus accedat.lviij.di.
c.j.⁊.xvj.q.j.doctos.cū mr̄is alijs capitulis.
Sexto ꝙ monachꝰ hēat ꝓꝓiā cellā.j.ſeptam
mōaſterij ex cā.xviij.q.ij.nullꝰ.xx.q.vlti.c.fi.
ad fi.Septio.in ieiunijs cibis.⁊ eſu carniū.ſi-
lentio.⁊ opibus manuū ad q̄ tenet̄ monachꝰ.
vt de ꝯſe.di.v.nō mediocriter.⁊.c.carnē.⁊.c.
nūq̄.de ſta.mo.c.cū ad monaſteriū.Sȝ Hoſ.
in.d.c.cū ad monaſteriū.de eſu carniū.vt tene-
re ꝙ nō p̄t.ſȝ ꝯ̄ ip̄m ē glo.Inno.⁊ Pa.in.d.
c.cū ad mōaſteriū.imo dico plus ꝙ p̄t diſpen-
ſare ī oībus regule.exceptis tribus votis per
ar.a ꝯ̄rio.in.d.c.cū ī fi.Limitat tn̄ Pa.ibidē.
dūmō ſit diſpēſatio nō diſſipatio.vt puta p̄ne-
ceſſitate ⁊ alijs de q̄bꝰ.s.§.j.Octauo in irre-
gularitate.de q̄.s.abbas.§.xiiij.Nono ī ob-
ſeruātijs regule remittēdus.xx.q.vl.c.fi.i gl.
de ꝯſe.di.v.carnē.ſaltē ī his q̄ nō ſunt de ſub-
ſtātia.ar.de vi.⁊ ho.cle.deꝰ.ꝓ cuiꝰ declaratio-
ne notandū ſm Alex.ꝙ ī regl'a.b.bn̄dicti q̄dā
ſunt pure ſp̄ūalia.vt caritas.hūilitas.⁊ cete-
re ꝟtutes.Et ī iſtis non p̄t abbas diſponere.
Quedā ſunt ꝑtim ſp̄ūalia ⁊ ꝑtim corꝑalia.vt
cātare.pſallere.orare.⁊ hmōi.⁊ de iſtis p̄t ab-
bas diſponere.n̄ tn̄ ſm libitū volūtatis.ſȝ ſm
ꝙ bonū ⁊ equū viderit expedire ſm oc irem-
nia q̄d ꝓprie ē diſpēſare.q̄dā ꝟo ſunt q̄ ſunt ī
obſuātijs corꝑalibꝰ.puta ꝯtinētio carniū.fra-
ctio ieiunij.⁊ hmōi.⁊ tūc ſi tīa a regl'a ꝑcipiā-
tur.vel ꝓhibēt n̄ p̄t abbas ea mutare.niſi in
ꝙ ꝯuenit caritati.vt dic̄.b.Bn̄dictꝰ in regla.
id ē ſꝙ ſubſit rōabit̄ cā.alr̄ n̄.Rō.q2 ſȝ abbas
p̄ſit ſubditis.regl'a tn̄ p̄ſt abbati ⁊ ſubditis.et

iō ei⁹ obedīētia p̄ponēda. ⁊ cū dr̄ in regla bt̄i Bn̄dicti. ꝙ oīa de diſpōne abbatꝭ fiāt intelligit̄ de illis de q̄bus regla exp̄ſſe nō p̄cipit. vel ꝓhibet. Si tn̄ abbas monacho multū laboranti ꝯgnita neceſſitate ꝑſone. p̄cipiat ꝙ carnes mādu cet. dꝫ ſibi obedire. alit̄ ſi ex ſola volūtate p̄cipiat. nullo mō dꝫ ſibi obedire. vn̄. b. Bn̄dict⁹ in regla. Quādiu militāt caritati immobilit̄ fixa ſunt p̄cepta regle. ita .ſ. ꝙ mutari nō pn̄t nec ab ip̄is p̄poſitis ſine offenſa. Quid aūt debeat facere talis monach⁹ cui p̄cipit̄ aliq̄d qō ē ꝯ̄ regulā ⁊ dubitat de cā legiūa vel in cōſcīa timet. vide .j. religioſus. §. xxix. Et qō hic dicit Ale. de abbate hūa in q̄cūqꝫ p̄lato cuiuſcūqꝫ religionis ſi ei ꝑmittit ex regula diſpēſatio ſicut fit miſtris fratrū mioꝝ q̄ pn̄t diſpēſare in oībus exceptis trib⁹ votis ⁊ q̄ ſunt ꝯ̄ dei p̄cepta ſm̄ Dir. li. ij. ti. xix. ſm̄ ꝙ ꝯuenit caritati. Et hoc innuit. b. Frāciſcus cū dicit. ſi q̄ fratrū ſcirent ⁊ coḡſcerēt ſe nō poſſe regulā ſpūaliter obſeruare ad ſuos miſtros debeāt ⁊ poſſint recurrere. .ſ. vt diſpenſet̄ ſi conueniat caritati. vt dictū eſt. ⁊ ſic patꝫ in quibus et quādo poſſunt p̄lati religioſoꝝ diſpenſare in regula. qō bene nota.

9 Utꝝ p̄tas diſpenſandi ſit late interp̄tāda. R. ſm̄ Pa. in. c. fi. de ſimonia. ꝙ ſic qn̄ dat̄ poteſtas diſpēſandi nō exp̄ſſis ꝑſonis diſpēſandis tanq̄ꝫ p̄ncipis bn̄ficiū. Et ſic ſentit glo. in d. c. fi. ⁊ ſic intellige bar. in. l. iij. ff. de ver. ob. vbi dicit ꝙ ſi datur p̄tās alicui legitimādi filiū adulterinū. item inceſtuoſum potuerit legitimare adulterinū ⁊ inceſtuoſum ſil̄r. qꝛ in materia larga ſub ſimplici veniūt mixta. vt i. l. ſi ita. ff. de li. ⁊ poſtu. Sec⁹ ſi exp̄met̄ ꝑſone cū q̄bus dꝫ fieri diſpēſatio. ar. i. c. ſi. cui. de p̄bē. li. vj. qꝛ oīs receſſus a iure cōi ē odioſus. vt eſt tex. i. c. fi. de fili. p̄ſbi. li. vj. ⁊ i. c. ꝙ dilectio. de ꝯſan. ⁊ affi. Et ſic diſtingue canoniſtas tenentes ꝯ̄ bar. i. c. ꝑ venerabile. q̄ fil. ſint leg. Adde etiā qō dico. s. Bn̄ficiū. §. xx. Aduerte tn̄ ꝙ lꝫ diſpēſatio ſit ſtricti iuriꝭ. vtputa qꝛ ꝯ̄ ius eſt ⁊ ſtricte ſit interp̄tāda. qn̄. ſ. exp̄mūt̄ ꝑſone. vt i d. c. ꝙ dilectio. ⁊ in. c. j. ⁊. ij. de fi. p̄ſ. li. vj. nihilominus extēdit̄ ad ncc̄ria ꝯſecutiua ſeu ad depēden[illegible] ex eo ſup q̄ ē diſpēſatū. qn̄ alit̄ nō imp̄meret actū validū ſup eo in q̄ diſpenſatur vt. s. Bn̄ficiū. §. xxiij. Facit glo. ⁊ Pa. in. c. qꝛ in tantuꝫ. de p̄bē. ⁊ gl. in. c. ſi q̄s in clero. vij. q. j. qui dicūt ꝙ diſpenſat⁹ ſup pluralitate bn̄ficioꝝ vr̄ diſpēſatus ſuper reſidentia. vide qō no. Ho. in. c. cū in cūctis. de elect. ⁊ gl. in. c. nō poteſt. de p̄ben. li. vj. ⁊ de hoc vide. s. Clericus. vij. §. j.

Sꝫ nūq̄d extendet̄ diſpenſatio in affinitate ad publice honeſtatis iuſtitiaꝫ. R. Pa. i. c. nō dꝫ. de cōſan. ⁊ affi. ꝙ nō niſi in narratōe affinitatis vnū cōp̄rehēdat aliud ſm̄ glo. in arbore affinitatis. Secus ē in diſpēſatione qn̄ ſolum gra ius remotior ē exp̄ſſus. de q̄ vide Matrimoniū. iij. Impedimēto. vj. §. vlti. 10

Quid ſi impetret̄ diſpēſatio tacita veritate vl̄ ex falſa cā. R. ꝙ nulla ē. vt i. c. ij. de fi. p̄ſ. lib. vj. Et idē de q̄libet gr̄a alia. vt no. in. c. ad audientiā. el. ij. de reſcrip. ⁊. d. c. nō poteſt. 11

Utꝝ ſupior aſſumēdo aliquem ad aliquod officiū videat̄ diſpenſare eidem in impedimēto qō habꝫ ad illud. R. Inno. in. c. p̄terea. de teſti. cogē. ⁊ in. c. veniēs. de fi. p̄ſbi. vr̄ ſibi ꝯ̄dicere. ⁊ gl. in. c. quicūqꝫ. lxxxj. di. ⁊ in. c. q̄ in aliquo. lj. di. Sed ego ſic diſtinguo. ꝙ aut impedimentū eſt notoriū ſupiori ⁊ tunc ſi ē p̄nceps intelligit̄ diſpenſatus. ſi x̄o eſt inferior ſi pōt diſpēſare ⁊ ſubeſt cā ſimiliter eſt diſpenſatus al's non. Facit pro hoc quod no. Jo. an. in. c. ij. de ſciſ. Aut impedimentū eſt occultū ſuperiori tanq̄ꝫ iudici. ⁊ ſic nō intelligit̄ diſpēſat⁹ ſed ſibi imputet ꝙ illud tacuit. facit. c. cū ignores. de p̄ben. ⁊ tenet bar. in. l. ij. C. ſi ſeruus vel liber. ad decu. aſpi. 12

Utꝝ poteſtas diſpenſandi ſup irregularitate vel illegitimitate ꝯceſſa a papa alicui duret poſt mortē pape. R. Fede. ꝯſilio. lxxviij. ꝙ ſic. qꝛ gratia ſemel facta ꝑ papā in ꝑſonā aliquā non expirat ꝑ mortē pape. vt eſt caſus de offi. dele. ſup. gratia. li. vj. 13

Utꝝ ꝑ mortē illi⁹ cui cōceſſa erat talis auctoritas expiret diſpēſatō iam facta. ſi ille diſpenſatus vſus nō fuit tali gr̄a. puta diſpenſatus fuit vt poſſet ordines accip̄e. vel in p̄latū eligi. nō accepit ordines nec fuit ꝓmotus āte mortē diſpenſantis an poterit ordinari vl̄ ꝓmoueri. R. Fede. vbi. s. ꝙ ſic. ⁊ ꝙ nō expirat qꝛ diſpenſatio canonice ſemel fcā ex ſupuenienti fcō nō retractat̄. caſus ē i. c. ex tua. de fi. p̄ſ. Facit qō no. de accu. c. de his. beneficia eñ cōceſſa intēpeſtiue reuocari nō debēt. de cōmo. c. vnico. de reg. iur. decet. lib. vj. Facit qō no. de elec. lib. vj. in glo. c. cū ex eo. ⁊ ibidē in nouella. Jo. an. 14

Diſputare de fide publice vel occulte cuicunqꝫ laico prohibitum ē ⁊ ſi cōtrafacit debet excommunicari. de hereti. c. quicunqꝫ. §. inhibemus quoqꝫ. li. vj. hec quoqꝫ prohibitio fit in. c. ſicut in vno corpore. codeꝫ. titu. in decretalibus. ſed in. l. nemo. C.

de sum. tri. ꝓhibetur ne dū laicis sed etiā cle-
ricis publice turbis coadunatis disputare de
fide. l. aūt Tho. se. se. q. x. ar. vij. tenet fore illi-
citum de fide disputare qn̄ quis disputat. aut
q2 dubitat de fide. ⁊ p. disputationē experiri
vult. q2 talis infidelis ē. Aut q2 disputat co-
ram simplicibus ⁊ titubātibus q̄ nō sunt solli
citati ab infidelibus sicut ē in terris fidelium
q̄ tanto firmius credūt quāto nō audiūt moti
ua ⁊ argumenta infideliū. Sed disputare ad
cōfundendū errores. etiā corā simplicibus q̄
sunt sollicitati ab hereticis. vel infidelibus ni
tentibus corrūpere in eis fidem. si ē sufficien-
ter instructus ⁊ aptus ad cōfundēdum erro-
res. nō solū nō est ꝓhibitū. immo ē necessariū
disputare ne taciturnitas esset cōfirmatio er-
roris. pro quo facit. l. quoniā. C. de epi. ⁊ cler.
⁊. xxiij. q. vj. vides. Similiter lȝ ad exercitium
corā instructis ⁊ firmis in fide disputare. ad
q̄d facit. c. in mādatis. xliij. di. ꝑ hac distinctō
ne Tho. ꝓbanda. vide de hoc. xxvj. dis. nos in
glo. ⁊ Inno. in. c. ij. de sum. tri.

**Diuinatio** a persis fertur inuenta. c.
j. xxvj. q. iij. vn̄ diuini dicti sunt quasi
deo pleni. diuinitate em̄ esse plenos si-
mulant. ⁊ astutia fraudulenta hominibus fu-
tura cōiectant. vt ibidem.

1 Quot modis fit diuinatio. R. vt ptȝ. xxvj.
q. iij. §. j. ⁊. c. j. ⁊. q. v. in. c. nec mirū. ꝙ multis
modis. vn̄ nūcupatur diuersimode. vn̄ diuini
dicūtur aliqn̄ arioli. aliquando aruspices. ali
quando augures. aliqn̄ nigromantici. et mul-
tis alijs nominibus. fm̄ ꝙ diuersimode q̄s vult
scire futura. q̄ omitto. q2 non ē necesse. vide ibi
si vis. Et de h̄ vide. j. Sortes. §. iij.

2 Quō aūt demones pn̄t scire futura q̄ nō ha
bēt certā ⁊ infallibilē cām. R. s. Bo. vbi. s. et
elicit̄ ex. c. sciendū ē. xxvij. q. iij. ꝙ ex quatuor.
Prīo ex ingenij acrimonia. vt qn̄ ꝯsiderāt ad
q̄d inclinat̄ affectio nr̄a. Scd̄o ex multa expiē
tia q̄ cōsiderāt in talibus accn̄talia. Tercō ex
dolosa cautela. qn̄. s. ꝓponunt aliquid facere ⁊
p̄dicunt. Quarto ex aliena doctrina. vt qn̄ p-
mittit̄ vt a bono angelo addiscant.

**Diuortium** est viri ab vxore vel ecō-
uerso legitima separatio. legitima di-
co. vt non fiat sine lege vel ratione. q2
quod deus coniūxit homo nō separet. xxxj. q.
j. §. sed obijcitur. Et dicitur diuortiū a diuer
sitate mentium. vel quia hi qui matrimoniū
distrahūt in diuersas partes eunt. l. j. ff. de di
uorti. de quo dic vt. j. Matrimonium quarto.

**Diuturnitas** in malo auget pecca-
tum. de consuetu. c. fina. dicitur tanto
grauiora sunt peccata. quātodiutius
infelicem animam detinēt alligantem cū suis
concordantijs.

**Doctor** dicitur a docēdo. vnde ⁊ no-
mine doctoꝝ veniunt magistri. ⁊ econ
trario fm̄ Pa. in. c. j. de loca. Vn̄ tex.
in. l. quibus precipua. ff. de verbo. signi. dicit
cuiuslibet discipline p̄ceptores magistros ap
pellari a monendo vel monstrando. et hoc fm̄
ethimologiam vocabuli. Nam doctores dicū
tur a docēdo sicut magistri a magistrādo. Fa
cit tex. in prohemio cōpilatōnis decretalium.
vbi papa oēs magistros doctores appellat.
sed nomine scolarium nō veniūt doctores nec
mgr̄i. nisi in larga significatione.

Vtrū interp̄tatio doctoꝝ necessitet. R. fm̄ 1
Pa. in. d. c. vestra. de coha. cle. ⁊ muli. ꝙ non.
nisi inquantum iure probatur. vel ratione va
lida. vt no. in. c. j. de postula. prela. de quo vi-
de. j. Opinio. §. j.

Vtrū doctor vel mgr̄ possit reprobari. R. 2
ꝙ sic. vt est text. in. l. ij. C. de profes. ⁊ me. not.
Bar. in. l. sed ⁊ reprobari. ff. de excu. tu. in pn̄.
vbi tex. dicit de medico ꝙ potest reprobari. ⁊
est tex. etiā de medico. in. l. vt gradatim. §. re
probari. ff. de mu. ⁊ hono. sed nō sine causa. l.
pomponius scribit. ff. de nego. ges.

Vtrum doctore damnato intelligantur ⁊ 3
eius opera seu libri reprobati. R. ꝙ sic. vt pa
tet p. c. fraternitatis. tue. de here.

Vtrū allegationes sint faciende a doctori 4
bus in consilijs. R. Pa. in. c. vestra. de coha.
cle. ⁊ mu. ꝙ in consilio decisiuo non. sicut nec
in sententia. vt dicitur in. c. sicut nobis. in gl.
de sentē. ⁊ re iudi. secus in cōsilio postulato a
parte. ratio diuersitatis. quia in primo est ap
probata fides cōsultoris. in secūdo nō. ⁊ ideo
non creditur ei nisi quatenus probet.

Vtrū doctor ꝓmotus corruptis doctoribꝰ 5
debeat gaudere priuilegio doctoꝝ. R. Arch. i
c. de quibusdā locis. xxxvij. dis. ꝙ non. allegat
tex. i simili. in. l. vnica. ff. de athletis. facit tex.
iūcta glo. in. l. j. C. de ano. ciui. li. xj. vbi dicit̄
ꝙ stipendia sunt tradenda nō ꝓ titulis digni
tatū vel numero scolariū sȝ fm̄ merita. ⁊ ideo
glo. ibidē dicit p̄ferri debere ꝑitos scolares
impitis doctoribus. intelligit Pa. in. c. cleri-
ci. de iudi. de antecessione nō de lectōne. Ego
credo ꝙ etiā in vtroqȝ debet p̄ferri.

Quis debȝ p̄cedere. R. Pa. in. d. c. clerici.
ꝙ theologꝰ. post ipm̄ canonista. post canonistā.

legiſta.poſt medicus. vide ibi ſi vis.

Dolus aliq̄n bon⁹ ⁊ licitus ⁊ accipit̃
ꝑ ſolertia ſicut q̄n quis aliquid ſimu-
lat ne damnificet̃ a primo. vt in .l.j.ff.
de dolo.in tex. ⁊ glo. exēplificat de capto a la
pueñ.q̇ ſimulauit ſe ꝯctū qḋ quidez lꝫ.vt. ff.de
ne.ge.l.ad q̇d natura.§.cū me.⁊.ff. de leg.ij.l.
cum pr̄.§.titio.⁊.ff.ſi qs ob.ca.te.l. q̇ aūt.§.ſi
patronus.⁊ de hoc vide.j.Simulatio. Sꝫ cōi
ter dolus accipit̃ in malo. ⁊ ſic diffinitur ī.d.
l.j.a labeone.dol⁹ malus ē oīs calliditas.fal-
lacia.machinatio ad circūueniēdum.falleñ.⁊
decipiēdū alteꝝ adhibita.fit tacēdo ī aīo cal-
liditas.vt.ff.de ac.emp.⁊ ven.l.j. fit mentien
do ī ꝟbis fallacia.ff.de fur.l.falſus.§.ſi quis.
Fit arte ꝟboꝝ machinatio.ff.de ac.em.⁊ ven.
l.iulian⁹.§.idē.Ad circūuenieñ.ſ.reddēdo ſin
gula ſingulis.ſ.circūuētionē calliditati. Fal-
lentiā fallacie. deceptionē machinationi. po-
nit̃ adhibita.ſ.ꝯ ius ⁊ bonos mores ꝓpt̃ diffe
rentiā doli boni hec in glo.ibidē. Et adde ſm
Ge.i.c.ſi ꝯpromiſſari⁹.ꝟ.ſi ꝟo. de elec.li.vj.
ꝙ q̇s doloſe fac̃ q̄n ſcient̃ rē ſibi ꝓhibitam fa
cit.differt aūt dolus a fraude.qꝛ fraus ꝓprie ꝑ
facta fit.ſed dolus ꝑ verba ⁊ facta.

1 Utꝝ ignorātia iuris excuſet a dolo.⁊ ꝯſe-
quēter a pena.ad quā incurrendā req̇ritur do
lus.R.Cy.in regula. Ignorātia.li.vj.ꝙ ſic.
qꝛ lꝫ iuris error ſit lata culpa. nō tñ ē dol⁹. vt
ff.de his q̇ no.infa.l.j. vbi ē gl.ſingularis. fac̃
l.j.ff.de abige.facit qḋ no.bar.ī.l. ſi q̇s in tm̄.
C.vñ vi.vbi dicit ꝙ ſi minor credēs ſibi lice-
re rē ꝓpriā ſine cuiuſcūqꝫ auctoritate occupat
nō incurrit penā.d.l.ſi quis.qꝛ non eſt in vero
dolo.allegat.l.primā.C. ſi aduerſus delictū.
ſequit̃ do.Anto.in.c.j.de dolo ⁊ contu.⁊ alle-
gat.l.ſi ex cauſa.§.ſi ī cōmiſſum.ff.de mi.⁊ qḋ
no.in.l.j.§.nunciando.ff.de noui.ope.nū. pro
hoc ꝙ excuſat ignorantia a dolo. eſt tex. ⁊ ibi
bal.in.l.ſed ⁊ ſi lege.§. ſcire.ff.de pe .here.vbi
error iuris excuſat ab inuaſione ne quis di-
cat̃ predo. Idez tenet Saly.in.l.ſenatus.C.
de his q̇ ſibi aſſcri.aliq̇d in teſtamēto in ſecū-
da col.ē caſus.⁊ ibi bar.in.l.in lege.ff. de ſic-
carijs.idez tenet Ange.in.l.ſi quis id.§. doli.
ff.de iuriſdi.om.iu.vbi allegat Butri. Forti⁹
dixiſſe ꝙ etiā ignorātia iuris naturalis excu-
ſat a vero dolo.et ad.l.ij. C.de in ius voca. q̄
videt̃ cōtraria. Rūdet ꝙ ibi non requirebat̃
verus dolus ſed ꝓ̄ſumptus. ⁊ ita tenuit dict⁹
Butri.in.l.regula.ff.de iur.⁊ fact.igno. Limi
tat hec Ange.in.l.ij. ff.ꝙ quiſqꝫ iur̃. vera niſi
ſit doctor vel aſſeſſor cui turpe eſt iur̃.ignorā-

ita. Et idē Ange.in.d.l.ſenatus.dicit ꝙ credi
tur allegāti ſe ignoraſſe ius ad excludenduꝫ
dolū.⁊ ꝑ conſequēs a pena q̄ eſſet imponēda
ꝓpter dolum.⁊ dicit ibi eſſe caſum. Ex ꝓ̄dictis
collige ꝙ vbi ius vel ſtatutū requirit veꝝ do-
lum.ꝙ ignorans quātūcūqꝫ ſit culpabilis nō
incurrit penam ipſius.lꝫ alio mō ſit puniēdus
ſm modū culpe vbi ꝟo ius vel ſtatutuꝫ requi-
rit dolum preſumptum.ſic ignorans craſſe.et
ſupine non excuſat̃. qꝛ eſt ī dolo ꝓ̄ſumpto. hoc
patet in cenſuris eccleſiaſticis q̄ cū req̇rāt do
lum ꝓ̄ſumptū taliter ignorās eas non euitat.
vt patet in.c.vt animaꝝ periculis.de ꝯſti. lib.
vj.ſecus ſi eſſꝫ in leui culpa ignorātie. Q.ō be
ne no.quia facit ad multa.

Utrū iniuſta cā excuſet a dolo. Rñ.ꝙ ſic.⁊ 2
quēlibet.ita no. Bal.in.c.vt animaꝝ.in prin.
ſecūde colūne.de cōſti.li.vj. vbi dicit ꝙ ꝑtur-
bans aliquē in poſſeſſione ex iniuſta cā putās
ſibi licere.excuſat̃ a pena ſtatuti punientis in
centū quod req̇rit dolū per no.in.l.plagij cri-
minis.C.ad.l.fauiā.de plagi.no.Jo.an.ī ti.
de arbitris.in addi.ad ſpecu.⁊ ꝙ excuſat a pe
na legis etiam iniuſta cauſa.no.in.c.j.in fi. de
elec.li.vj. Idē Jo.an.⁊ bal.in autē.genera-
liter.C.de epi.⁊ cle.⁊ multis alijs.⁊ ſequitur
do.Ludo.de ro.colūna.xxviij.in ſ̄xica. de ar
bitris. Eſt ꝓ hoc gl.in.l.vnica.§.fi. ī magna gl.
ff.ſi quis ius dicen.nō obtempera. Eſt Bar.⁊
Ange.in.l.j.in fi.ff.de abigeis. Inno.in.c.de
ſeruoꝝ. de ſeruis non or.

Utrū lata culpa equiparetur dolo . Rñ.ꝙ 3
nō vbi requiritur verus dolus.vt dicit bar.in
l.in actionibus. ff.de in litem iuran. ⁊ glo.in
§.ſuſpectis.inſti.de ſuſpec.tuto. vñ dicit bal.
in.l.ſi quis id.ī finali colūna.ff.de iuriſd. om-
iudi.ꝙ quando delictum circūſcribit̃ per do-
lū nō ſufficit culpa. ſecus in his in quibus cul
pa venit punienda.allegat.d.l.ſenatus.⁊.d.l.
plagij criminis accuſatio. Et vt no. Ange.in
d.l.ſi quis id.§.doli.ꝙ vbi fit mentio de dolo
requiritur verus dolus. Unum tñ notabis ꝙ
ignorātia affectata que eſt q̄n quis noluit vel
diſſimulauit ſcire equipollet ſciētie.c.eos. de
tem.or.lib.vj.⁊ ideo ē dolus non culpa.

Utrū pena corꝑalis ſit imponēda ſine do- 4
lo. R.ꝙ nūq̄ ſine doli interuentu. glo. ⁊ bar.
in.l.in actōnibus.ff. de in litem iuran. ⁊. d.§.
ſuſpectis.⁊ bar.in.l.ſ.§.j.ff.ſi quis te.eſſe iuſ.
li.fue.⁊ Bal.ī.l.opera data.C. qui accu. non
poſ.⁊ caſus eſt in.d.l.in lege. vbi dicit Bart.
ꝙ in penis corporalibus.vel in infamiam ir-
rogantibus lata culpa non equiparatur dolo.

⁊ glo. in. l. in actionibus. ff. de in litē. iuran. ap
probata cōiter. ⁊ bar. in. l. qđ nerua. ff. deposi
ti. ⁊ in. d. l. in lege. dicit ꝙ in cā ſanguinis, ſta
tus vel fame. lata culpa nō eq̄parat᷑ dolo. ideo
verus dolus req̄ritur in illis. Ange. tū̄ in. l. in
actionib⁹. ff. de in litē. iuran. tenet ꝯ̄ ⁊ dicit cō
ſiliū̄ paduanū̄ cōſuluiſſe ꝯ̄ bar. in hoc. ſed iudi
cio meo ſi cōſideret᷑. l. ij. C. de noxa. verior eſt
opinio bar. ⁊ iura que Ange. adducit in ꝯ̄riuꝫ
continent caſum ſpālem.

5 ¶ Utrum incurrat quis ſententiā̄ excōicatio
nis a iure ꝓmulgatam ſine dolo. j. vide excōi
catio. vij. caſu vlti. §. ij.

6 ¶ Utrū q̄s poſſit paciſci vt nō teneat᷑ de dolo.
R. ꝙ nō, vt ē tex. in. l. j. §. ſi cōueniat. ff. depoſi
ti. q2 hec conuentio ē ꝯ̄ bonā fidē ⁊ bonos mo
res ⁊ iō nec ſeq̄nda. dicit tex. ibidē.

7 ¶ An q̄s poſſit tenere bona alicuius q̄ ex ſta
tuto ad eū̄ venerūt ꝓpter delictū̄ alicui⁹ ſi ipſe
doloſe egit. vt ille delictū̄ ꝯmitteret. R. Pa.
in. c. poſtulaſtis. de cōceſ. p̄bē. ꝙ nō. ⁊ bū̄ facit
tex. ibi in fine. cū̄ ſua glo.

8 ¶ Utruꝫ dolus annullet contractū̄ ſpūalem.
puta votum ⁊ hmōi. R. Pa. in. c. cum dilecti.
de emp. ⁊ ven. ꝙ non, nec poteſt quis excipere
de dolo quando fuit inductus ad bonū̄. q2 nō
eſt ꝓprie dolus. puta dolo induxi te ad religio
nem. tenet ingreſſus. facit qđ legit᷑. ⁊ no. in. c.
cū̄ dilectus. quod metus cauſa. ⁊ vide glo. no.
in. l. a diuo. ff. de ritu nup. que hoc tenet etiaꝫ
in matrimonio.

9 ¶ Utrū dolus annullet ꝯtū̄ tempalem. puta
venditionē ⁊ hmōi. R. ū̄. ꝙ aut dolus per con
trahentes dat cauſaꝫ cōtractui. puta dolo du
xi ad vendendū̄ qđ non eras vendituruſ. ⁊ ſic
in contractibus bone fidei nō tenet ſm glo. ⁊
Pa. in. c. cū̄ dilecti. de emp. ⁊ ven. ⁊ gl. in. l. ij.
C. de reſcin. ven. ⁊ gl. cuꝫ bar. in. l. elegāter. ff.
de dolo. ⁊ placet. lꝫ Pe. teneat ꝯ̄riū̄. In con
tractibus aūt ſtricti iuris tenet ꝯtus. lꝫ agēs
ex eo elidit᷑ ope exceptionis. ff. de verb. ob. l. ſi
quis. cū̄ aliter. ⁊. C. de pac. l. cū̄ poſtea. Si xᵒ
ꝑaliū̄ contrahentibus dat cām cōtractui etiā̄
bone fidei tenet ꝯtus. ſed agit ꝯ̄ mediatoreꝫ
de dolo. d. l. elegāter. §. j. ff. de proſeneti s. l. ij.
⁊. iij. tenetur etiā̄ ille ꝓ quo factus eſt inquan
tū̄ factus eſt locupletior. vt. l. fi. ff. de eo ꝑ quē
factū̄ erit in principio ⁊ non plus. Aut dolus
nō dedit cauſam cōtractui ſed incidit in con
tractum. puta eras vendituruſ ſed dolo īduxi
te ad minus vendendum ⁊ huiuſmodi. ⁊ ſic te
net cōtractus. ſed in contractibus bone fidei
aget ex eo contractu vt ſuppleat ꝑciū̄. ff. de ac.
empti. ⁊ ven. l. iulianus. §. ſi venditor. Erit ta
men in arbitrio emptoris vel ſupplere ꝑcium.
vel reſtituere rem. ſi deceptio ſit vltra dimidiā
iuſti precij. c. cum cauſa. de emp. ⁊ vēdi. ⁊. l. ij.
C. de reſcin. ven. ⁊ in conſcientia etiam ſi de
ceptio ſit minus dimidia. In contractib⁹ ſtri
cti iuris aget de dolo. d. l. elegāter. §. nō ſolū̄.
in fi. Aut dolus nec dedit cauſam contractui
nec incidit in contractum. ſed re ipa euenit ſi
ne dolo ⁊ facto partis. vtputa ambo ignora
bant iuſtum preciū̄. ſic non eſt peccatuꝫ. nec re
ſtituere tenetur niſi repetat᷑. ſi a principio non
plus emiſſet etiam ſi ſciuiſſet plus valere. pu
ta quia non expediebat plus ſibi emere. Si au
tem plus emiſſet a principio ſi ſciuiſſet ⁊ ē de
ceptio notabilis tenetur reſtituere rem vel ſup
plere precium. ar. d. l. ſi quis cuꝫ aliter. vbi eq̄
paratur deceptio que venit re ipa et ex propo
ſito. ⁊. d. c. cum dilecti. ſecus in modico. Et ita
intelligo. d. Anto. in. c. quia pleriq̄ꝫ. de immu.
eccleſiarū̄. Si xᵒ vterq̄ꝫ rei valorem ſciebat.
tunc dic. vt. j. Emptio. §. vij. Et ſm predicta
intelliges. l. ij. C. de reſcin. ven. ⁊. l. i cauſe. §.
pomponius. ff. de mino. ⁊. c. cuꝫ dilecti. ⁊. c. cū̄
cauſa. de emp. ⁊ ven. vbi dicitur licere contra
hentibus vſq̄ꝫ ad dimidiā̄ ſe decipere in con
tractibus bone fidei.

# D

**Omeſticus** quis dicitur. vide. j. Fa
miliaris.

**Omicilium** poteſt laicus hr̄e i plu
ribus locis ſm Inno. in. c. ex parte. de fo. cō
pe. ſi mō vtrobiq̄ꝫ inſtructus ſit. allegat. l. aſ
ſumptio. ff. ad muni. ⁊. l. ſenatores. ff. de ſena.
⁊ loq̄tur hic de inſtructo. de quo in. l. queſituꝫ.
§. ſed ⁊ ſi fundus. ff. de fun. inſtruc. ⁊ inſtru. le
ga. vbi accipit᷑ pro omnibus ꝑtinētijs neceſſa
rijs ad vſum. Addit Inno. idem etiam ſi ha
beret maiorem partē ſuorum bonorum. vel fa
miliā̄. vel ſi nihil habet aſſidue tū̄ ibi ꝯuerſat᷑.
C. vbi ſenato. l. ij. Sola tū̄ domus non conſti
tuit domicilium. ff. ad muni. l. libertus. §. ſola
Ex quo infero ⁊ ex. d. l. aſſumptio. ⁊. d. l. ſena
tores. ꝙ domiciliū̄ habet vbi quis ē oriū̄dus.
l. ij. ff. de ſena. Et ſimiliter vbi pater ſuus fuit
oriū̄dus. Item vbi voluntarie ſibi elegit. ſ. de
ferendo maiorē partem ſuorum bonoꝝ. ⁊ cleri
cus vbi beneficium obtinet requirens reſiden
tiam. pro hoc eſt tex. in. c. cum nullus clericuꝫ.
de tempo. ord. li. vj. Item vbi fuit ordinatus
vt no. glo. in. l. heres abſens. §. apud labeonē.
ff. de iudi. Item mulier rōne mr̄imonij. Iteꝫ
rōne militie. Item rō ne poſſeſſionis. Item
rōne curſus tempis. ſ. decennij. Sed. d. glo. lo

quitur quo ad foꝝ nõ quo ad domiciliũ. Itẽ
rõe manumiſſionis. l. ſi qs a pluribꝰ. ff. ad mu
ni. Itẽ vbi ↄſeqtur qs dignitatẽ efficit ciuis
vide. s. ciuis. Quo ad ↄfeſſionẽ ⁊ ſacra ne
ceſſaria nõ volũtaria ſi alr̃ nõ habet ibi domi
ciliũ reqritur vt ibi habitet ꝑ maiorẽ ꝑtem an
ni ſm Inno. i. c. oĩs. de pe. ⁊ re. ⁊ nõ faciat in
fraude ꝓprij ſacerdotis. Facit. c. qſti. xvj. q. j.
de deci. ad apłice. niſi ſe trãſferat cũ aĩo ibi re
manendi. qꝛ ſtatim ꝙ hoſpitiũ ↄſtituit in alie
na ꝑrochia cũ aĩo ibi remanẽdi. ſtatim fit ꝑro
1 ¶ Quid ſi viro mortis cā donare volenti mādat vir ꝙ donet vxori. R. ꝙ donatio ē nulla. q̄ꝛ videt̄ ac ſi vir donaret. l. idēq̃. ff. e. ti. Sec⁹ ſi volēti legare mihi: mādo ꝙ leget vxori. non facit donationē inter virū et vxorē. l. ſed ſi vir §. q̄ō legaturus. ff. eodem. Ratio. q̄ꝛ in donatione cauſa mortis etiā ſine traditōne trāſfertur dominiū reuocabiliter tū. l. ij. ff. de publi. ſecus in legato q̄ō cedit ſolū a tēpore mortis: vt. l. a titio. cū ſi. ff. de fur. ideo in p̄mo caſu q̄ſito dominio viro nō poteſt. ſed in ſecūdo ſic. q̄ꝛ nō acquirit niſi morte ſecuta. Hoc limita verum quādo iam donauerat cauſa mortis: ſꝫ q̄n ſolū diſpoſuerat donare valebit: ſi mutato ꝓpoſito ad inſtantiaꝫ viri donat vxori. quia ſic rō ceſſat diuerſitatis delegato.

2 ¶ Vtrū vniuerſaliter nō valeat donatio inter virū et vxorē. R. ꝙ nō. Sꝫ fallit in. viij. caſib⁹

Primus in donatione imperatoris facta cōiugi. vel ecōtra eſt tex. in. l. penul̄. C. eo. ti. Secundus ſi edes vxoris incēdio exuſte ſunt donatū ad earū extructionē a viro valet: in q̄ꝫtū edificij extructio expoſtulat. l. ꝙ ſi vir. ff. eo. ti. Tercius p̄t maritus cōſtante matrimonio remittere vxori dotē ſibi ab ea ꝓmiſſam: in toto vel in parte. vt eſt glo. ſingularis. et ibi Cy. et Bal. in. l. ſi cōſtante. C. de dona. ante nup. Sꝫ remiſſio alteri⁹ debiti nō valꝫ ſicut nec aſſignatio alteri⁹ debitoris. q̄ꝛ hec oīa donatōes ſūt. d. l. ſi ſponſus. §. ſi debitor. Quartus ſi ex tali donatōe nō fit pauperior qui donat. q̄ꝫuis cui donatur fiat ditior. vt ſi maritus inſtitutus heres ab aliq̄ nō adijt hereditatē vt ad vxorem ſubſtitutā ꝑueniat. vel ſi repudiet legatū vt remaneat apud vxorē oneratā ꝓ legato ꝑ teſtatorē. vel ſi rogat⁹ reſtituere hereditatē vxori nō detraheret quartā cā donatōis. vt in. l. ſi ſponſus. §. ſi marit⁹ heres. ff. eo. vbi tex. neq̃ eī pauperior fit q̄ nō acquirit. ſed q̄ de p̄rimonio ſuo depoſuit. Idem dicas q̄n donat rem alienā. l. ſed et ſi cōſtante. ff. eo. ti. Intellige in tali caſu quo ip̄e donās nō teneat̄ reſtituere. vtputa. de licentia dn̄i dantis ſibi liberā facultatē donandi: donauit. Quintus ſi cui donatū eſt nō fit ditior. q̄ꝫuis donator fiat paupior. vt ſi donauit ad emēda vnguēta. d. l. q̄ō aūt. §. i. Idē ſi donat vxori pecuniā vt ꝓ cognato ſuo ſportulas ſoluat q̄ꝫuis ip̄a vxor pecuniā ip̄am mutuo fuiſſet acceptura. d. l. ſi ſponſus. §. penul̄. Idē dic ſi ſoluat vectigal ꝓ ea ſm̄ Ho. Idē ſi dat ad oblatōes faciendas vel aliā piā cauſam ſm̄ eundē. heres aūt vxoris ſi expenderet inutiliter nō ꝓpter hoc minus teneret̄. vt in. l. q̄ō de bonis. ff. ad legē falci. quia ſatis ē ꝙ donatari⁹ effect⁹ eſt locupletior. vt no. Pa. i. d. c. donatio. eodem ti. Sextus quādo donat in tēpus finiti matrimonij. vt tunc res fiat mariti vel vxoris cum mors fuerit ſecuta. l. ſed interim. in p̄n. ff. eo. Septim⁹ quādo donat cauſa mortis cuiuſcūq̃ ſpeciei ſit iſta donatio cauſa mortis. vt in. d. l. ſed interim. in p̄n. niſi ita fiat vt nullo modo reuocet̄: quia nō valeret ſm̄ glo. in. d. l. ſed interim. Octauus q̄n vxor donat viro cā dignitatis vel honoris adipiſcēdi l. q̄ō adipiſcende. ff. eo. ti.

¶ Quō cōfirmatur donatio inualida inter vi 3
rum et vxorē. R. ꝙ in duobus caſibus. Primo morte donantis et nō reuocantis tacite vel expreſſe. vt. l. i. et. iij. C. eodem titu. et. d. c. donatio. Limita verum ꝙ morte confirmatur in donatione que nō eſt vltra. ccccc. ſolidos. quia

ſi eſſet vltra.cccc.ſolidos ⁊ ſit facta ſine inſinuatõe nõ ↄfirmaẽ morte.niſi exp̄ſſe tũc approbauerit.Si approbauit exp̄ſſe in morte valebit.vt legatũ qđ nõ indiget inſinuatõe.alĩs nõ ſm glo.et Jo.an.i.d.c.donatio.Jtẽ ꝙ nõ fuerit facta ſimplici ꝓmiſſione.qꝛ ſic nõ valeret l.papinian⁹.ff.eo.et ibi Bar.dicit verũ niſi interueniſſet traditio vera vł ficta.puta.qꝛ ↄfiteẽ ſe habuiſſe:⁊ ſic ↄfirmareẽ.Requirit ğ traditio in vita donãtiſ.vt donatio morte confirmetur.vt.j.pactũ.§.xv.

4 ¶ Sꝫ dubitaẽ an intelligaẽ iſte caſus de morte naturali tm̃ ꝙ cõfirmet talẽ donationẽ.R.ꝙ nõ.ſꝫ etiã de ciuili illa q̃ ꝑdiẽ libertas ⁊ ſeruus efficiẽ.vt.l.cũ hic ſtatus.§.ſi donatoꝛ.ff.eo.Secus ſi efficiẽ ſeruus pene.vt.C.eo.titu.l.res vxoris.Nõ diuerſitatꝫ ſm glo.in.d.l.res eſt.quia vbi efficitur ſeruus hominis eſt domi nus qui poteſt reuocare.ſed nõ vbi efficiẽ ſeruus pene.Hodie tamẽ ex delicto nõ debet q̃s dãnari vt ſit ſeruus ſm glo.predictã.Jteꝫ de illa que ingrediẽ religionẽ.Licet Vin.in.d.c.donatio.teneat ꝙ nõ intelligatur de iſta religione.Sed Jo.an.et Car.tenent ꝙ ſic.quia ingrediens cenſetur mortuus.l.fi.C.de epi.⁊ cle.et.xvi.q.i.c.monachi.Sed opinio Vin.videtur verioꝛ ĩ m̃rionio cõſummato.p.d.l.res vxoris.que requirit mortẽ talẽ qua matrimonium diſſoluiẽ.quod nõ eſt in ingreſſu religionis niſi quo ad exercitiũ.ſꝫ in matrimonio nõ conſummato tene opinionem Jo.an.et Car.Secũdo cõfirmatur iuramento ſm Pa.in.d.c.donatio.qui dicit ꝙ hec ẽ cõis opinio Bar.in.l.ſi quis ꝓ eo.ff.de fideiuſ.et in.l.ſeius ⁊ augerius.ff.ad.l.fal.idẽ tenet.ſed in.l.i.ff.de dona.inter vi.et vxo.videtur tenere cõtrarium ꝑ rationem glo.in.d.c.donatio.quia videtur cõtra bonos mores.Sed dic verum contra bonos mores ciuiles.ſed non contra bonos mores naturales ↄtra quos nõ valet iuramentũ et dic qđ cõfirmatur.

5 ¶ Quid ſi matrimonium non tenuit.R.ꝙ licet donatio ip̄o iure valuerit.quia tamẽ indigna ꝑſona eius fuit qui nec maritus dici p̄t reuocare poterit.l.ſi ex voluñtate.C.eo.ti.Jntellige ſi ignorabãt.Si vero vterq̃ ſcit impedimentũ et matrimoniũ nõ tenere fiſcus repetit ff.eo.ti.l.cum hic ſtatus.§.vlti.Et ſi nõ repetet poterit tenere bona ↄſciẽtia.licet de bono cõſilio deberet dare pauꝑibus.

6 ¶ Vtrũ donatio inter ſponſum et ſponſam de futuro teneat.R.glo.p̄fata ꝙ ſic.allegat.l.inter eos.ff.eo.vbi dicit tex.valere etiã ſi eodem die matrimoniũ poſtea cõtrahatur.

¶ Quo reuocatur donatio inter virũ ⁊ vxorẽ R.ꝙ in.v.Primo ꝑ penitentiã.d.l.cũ hic ſtatus.Secũdo ſi alieneẽ res donata ꝑ donatorẽ l.ſi maritus tuus.C.de dona.inter vi.et vxo.et in.d.l.cum hic ſtatuſ.Tercio quando pignori obligatur res donata a donatore:niſi aliud exprimaẽ.d.l.cũ hic ſtatus.Quarto ſi p̄moriatur q̃ donationẽ accepit.de do.inter vi.et vxo.c.donatio.et ſi moriãẽ ſimul tenet ſm glo.ibidem.Quito cũ diuortiũ fit ex diſplicẽtia.d.l.cũ hic ſtat⁹.niſi exp̄ſſe voluerit donationẽ valere.l.ſi interim.ff.eodem ti.Secus ſi cauſa religionis.ſi tamen matrimoniũ reſtaureẽ poſt diuortiũ nõ reuocaẽ.d.l.cum hic.Et idem dic de donatione inter ſocerum et nurũ vel generum.et inter cõſoceros qui copulatos matrimonio in poteſtate habent.d.l.cum hic ſtatus §.oratio.et inter patrẽ et filiũ nõ emancipatũ vide glo.in.d.c.donatio.q̃ hoc tenet.Jn dubio vero qñ preſumatur donare veſtimẽta.vide peculiũ.§.xxi.

DOnatio iiij.ante nuptias.vel ꝓpter olim dicebaẽ añ nuptias donatio.Sꝫ hodie nõ eſt niſi donatio ꝓpter nuptias.vt.C.de dona.ante nuptias.vel ꝓpter nuptias.in.l.fi.et fit in recõpenſationẽ dotis.et poteſt fieri a viro hec donatio ſiue prius q̃ꝫ cõtractum ſit matrimoniũ ſiue poſt cõtractũ vt in.d.l.fi.et dicitur antiferna ab anti qđ eſt cõtra et ferna qđ eſt dos:quaſi cõtra dotẽ.

¶ Vtrũ requiraẽ equalitas cum dote in iſta donatione.R.olim ſi fiebat in cõſtitutione dotis.tunc nõ requirebatur equalitas.vt.C.de pac.cõuentis tã ſupra do.l.ex morte.et.d.l.fi.Si vero dos prius erat ↄſtituta oportebat equalitas.vt.d.l.fi.§.ſancimus.ſꝫ hodie qualitercũq̃ oportꝫ ſit eq̃litas tã in donatiõe ꝓpter nuptias cũ dote q̃ꝫ in lucro ſuꝑ vtroq̃.ꝑ aut.equalitas poſita ſuꝑ.d.l.ex morte. i

¶ Vtrũ ſoluto matrimonio donatio ꝓpter nuptias reuertaẽ ad virũ.R.ꝙ ſic.vt.d.l.fi.ſicut et dos reuertitur ad mulierẽ.C.de re.vx.ac.l.vnica.§.illo ꝓcul dubio.Et hoc verũ niſi pactum aliud habeat.Nam ſi pactũ eſt ꝙ lucreẽ donationẽ ꝓpter nuptias:et vir lucrabiẽ dotẽ et ecõtra qꝛ.d.l.fi.dicit ꝙ pari paſſu vadũt.ſ.q̊ ad pactũ:qꝛ q̃le erit de lucrando donationẽ vel dotẽ tale et de cõtrario. :

¶ Sed ad q̃d valet donatio ꝓpter nuptias et q̊ vxoꝛ eã nõ lucraẽ.niſi ex pacto ſpeciali.vt.d.§.illo.nec fructus habeat dicte donatõis.vt C.eo.ti.l.ſi liberis.R.ꝙ valet vt ſit ſecurioꝛ 3

in dote.vt.dicit glo.in.d.l.fi.Nã res ſuas vir
alienat cõſentiente vxore.et renunciare pt iuri
hypothecario qd habet in alijs bonis mariti.
vt.C.ad velle.l.etiã.Sed in donatõnis ꝓpter
nuptias alienatõe aut obligatõe nõ pt mulier
renunciare iuri hypothecario pro iure ſuo q̃d
habet in hac donatõe ꝓpter nuptias:nec valet
cõſenſus mulieris.vt.C.ad velle.aut.ſiue a me
niſi interueniat iuramentũ.vt in.c.licet.de iu-
reiur.li.vi.aut duo alia cõcurrant.Primuz ꝙ
vxor cõſentiat poſt bienniũ ſecunda vice. Se-
cundum ꝙ tantum ſit in facultatibus viri vt
indemnitati vxoris poſſit cõſuli:nõ ſolũ tẽpo
re cõtractus vt quidam dixerũt.ſed etiã tp̃e q̃
vxor agere poteſt.vt no.in.d.aut.ſiue a me:vel
ꝙ per.xx.annos tacuerit.licet ſecũdo nõ con-
ſenſerit.vt no.Pa.in.c.nõ peruenit.de emp.et
ven.Itẽ viro diſſipante bona ſua pt agere ſic
ꝓ donatõe ꝓpter nuptias ſicut ꝓ dote.C.de
iure do.l.vbi.de q̃ dic vt no.ibidẽ.Itẽ ꝓpter
adulteriũ viri lucrat̃.vt.s.adulteriũ.§.iij.
4 ¶Quid ſi ſoluat̃ matrimoniũ aliter q̃ꝫ ꝑ mor
tem.nunquid pactũ vel cõſuetudo poterit fa-
cere ꝙ vir lucret̃ dotem.⁊ ſic mulier remaneat
ſine dote.R.ſm Ho.ꝙ non.vt no.in.d.c.do-
natio.de donatio.inter virũ et vxo.Et ideo p̃-
fatus.§.illo procul dubio.loquitur qñ mulier
deceſſit quo caſu tunc vir lucratur ratione pa-
cti ſolum ſm Hoſtien.ſed ſm Car.in.d.c.do-
natio.etiam ratione cõſuetudinis.quia quod
poteſt pactum.poteſt et cõſuetudo.vt no.glo.
in.c.nõ putamus.de cõſue.li.vi.
¶Querit̃ ſtatuto cauet̃.ꝙ ſi alter cõiugũ pre
moriat̃.alter lucret̃ dotẽ vel donationẽ ꝓpter
nuptias an debeat intelligi de morte naturali
vel etiã de ingreſſu religiõis.R.ꝙ tñ de mor
te naturali nõ de iſta ciuili.ꝓſertim qꝛ v̾ba ſta
tuti ſunt facti et in facto ꝯſiſtũt.c.i.de ꝯſti.nec
recipiũt caſus fictos.vt.l.iij.§.hec v̾ba.ff.de
neg.ge.imo nec expꝰſſe poſſꝫ ꝓuidere ꝙ muliere
ingrediẽte religiõz vir lucraret̃ ꝑtẽ dotis cũ li
bertas religiõis grauaret̃ ꝑ diminutõz dotis
qd fieri nõ dꝫ.l.i.§.onerãde.ff.quarũ re.ac.nõ
dat̃.⁊ etiã qꝛ diſponeret ſtatutũ de reb9 ꝑſone
religioſe.q̃d nõ pt.c.fi.de re.ec.nõ alie.
6 ¶Quid ſi ex pacto ſit vt lucret̃ alio premoriẽ
te.R.ꝙ pactũ manet validũ.q̃nimo purificat̃
ꝑ ingreſſuz religiõis.vt.l.deo nobis.C.d epi.
et cle.et in aut.de ſanctiſ.epi.§.ſi vero ꝯſtante

DOs eſt quedã donatõ facta a p̃re mu
lieri:vel ab extraneo.vel facta a mulie-
re ipſi viro ꝓ oneribus matrimonij ſu
ſtinendis.ita no.canoniſte Hoſte.et Hoſti.in
c.Raynutius.de teſta.et ꝑ legiſtas in rubrica
ff.ſol.ma.Eſt quippe ꝓ ꝓpriũ patrimoniũ mulie
ris.vt.ff.de mino.l.iij.§.ſed vtrũ.in fi.
¶Quot ſũt ei9 ſpẽs.R.due.Prima dr ꝓfe- 1
cticia.et eſt q̃ a p̃re vel auo vel ꝓauo ⁊ hmõi.
p̃no.ꝑ filia vel nepte et hmõi:de bonis eoꝝ ꝓ-
ficiſcit̃.vel q̃ alis de mãdato eoꝝ:vel noĩe eoꝝ:et
ipſi ratũ hñt ꝯſtituit̃.vt in.l.ꝓfecticia.in ꝑn.ff.
de iure do.etiã ſi filia eſſet emãcipata.d.l.ꝓfe
cticia.§.fi.Scd̃a dr aduẽticia ⁊ ẽ illa quã dat
mulier ꝓ ſeipa.vel q̃libet ali9 q̃ alis nõ deſcen-
dit a p̃re vel auo ⁊ hmõi.Itẽ aduẽticia ẽ ſi pr̃
cũ deberet filie cũ volũtate ei9 dederit.vt.d.l.
ꝓfecticia.i fi.Itẽ ẽ alia diſtinctio.Aliqñ dat̃
dos extimata:aliqñ inextimata qñ extimata
tradit̃ piculũ ꝑtinet ad maritũ.Si vo inextima
ta ꝑtinebit ad mulierẽ.l.plerũq3.in ꝑn.ff.de iu
re do.Fruct9 tñ ⁊ fetus reꝝ dotaliũ lucrat̃ ma
ritus.vt.in.d.l.plerũq3.de q̃ ibi vide.⁊ ꝑ glo.
in.c.ſalubrit̃.de vſuris.et canoniſtas ibi et ꝑ
Hoſ.i ſum.ti.de dona.i.§.aduẽticia.Limita
tñ verũ ꝙ fruct9 lucrat̃ ſi ſuſtinet onera matri
monij.alis nõ.ſed reſtituunt̃ mulieri.ff.de vſu.
videamus.la.ſecũda.§.pe.Itẽ ꝙ ſi dos eſſet
in aĩalib9 dꝫ marit9 ſupplere de iã natis feti-
bus capita mortua.vt.d.l.plerũq3.
¶Utrũ dos poſſit eẽ ſine matrimonio.R.ꝙ 2
nõ.C.de do.ante nup.l.fi.et ideo ſolutũ ꝓ do-
te vbi matrimoniũ fuit nullũ nõ repetet̃ noĩe
dotis.ſed ꝯditõe ſine cauſa.ff.de cõdi.ſine cau
ſa.l.fi.et eſt priuilegiata hec actio quo ad mu-
lierẽ ſicut actio de dote.vt tenent doc.in.c.de
prudentia.de dote poſt di.reſti.facit.l.ij.ff.de
priuile.cre.et ſic preponetur.ſm ꝙ.j.dicã.§.xi
et.§.xij.
¶Quãta dꝫ eſſe dos.R.ꝙ etiã in modico pt 3
cõſtitui.vt dicit glo.i.l.imperialis.C.de nup.
in verbo dotalib9.qd eſt circa mediũ.l.Et qꝛ
dos ſuccedit loco alimentoꝝ.vt no.ꝑ Bar.in
l.titio centũ.§.titio genero.ff.de cõdi.⁊ demõ
et ꝑ Bal.in.l.i.§.naturale.ff.de iuſti.et iure.
Ideo ſm hoc extimabit̃ ⁊ fiet penſatis cõdi-
tionibus et alijs qualitatibus.
¶Utrũ pr̃ teneat̃ dotare filiã q̃ nupſit cõtra 4
eius voluntatẽ.R.ſm Pa.in.c.i.de deſpõ.im
pub.diſtinguo.aut nupſit indigno:et tũc nõ te
netur.glo.eſt no.in.c.de raptorib9.xxxvi.q.i.
Q.d intellige ſm do.An.in.c.accedẽs.de ꝓcu
ra.Et Imol.ibidẽ ſi ẽ indign9 turpi indigni
tate.ſecus ſi eſſet indign9.i.nõ paris ꝯditioniſ
Uer untamẽ poterit minorẽ dotẽ dare ex cõdi
tione ꝑſone.et faciũt q̃ habent̃.in.l.cũ poſt di-
uortiũ.§.gener.ff.de iure do.iuncta glo.in.l.fi

voluntate. C. de dotis ꝓmiſ. Aut eligit dignũ vel nõ indignũ. et tũc aut ꝓmiſit dotẽ. ⁊ ſic pater tenet eã dotare. quia licet pater nõ cõſenſerit in tali ꝓmiſſione tñ filia ꝑ hanc ꝓmiſſionẽ releuat patrẽ a debito dotãdi. et ideo tanq̃ in rẽ ptis vertat iſta ꝓmiſſio tenebit pr̃e in rem verſo. ita dicit Bar. in. l. obligant. §. lege. ff. de ac. et obliga. ꝑ tex. in ſimili. in. l. et ideo. §. ſi. et l. filius. ff. de in rẽ verſo. Aut nõ ꝓmiſit dotem et ſic nõ tenet: qꝛ ex quo inuenit ſibi maritũ ſine dote et marit⁹ teneat eã alere ſicut filiã. vt in aut. q̃bus mo. na. effi. le. §. pe. no. Inno. i. c. ꝑ noſtras. de dona. inter vi. et vxo. et etiã ſi pr̃ moriat relict̃ filijs tenet ſibi relinquere quartã ptẽ ſuoꝝ bonoꝝ p̃fatus vir. Sec⁹ ſi filios nõ habuit. vt no. glo. in. §. pe. et ideo ceſſat vtrũq̃ debitũ in pr̃e. ſ. alimentoꝝ et dotis. primũ qꝛ habet vñ alat ſe. ſ. ex bonis mariti. et dos ſuccedit loco alimentoꝝ. vt ſup̃ dictũ eſt. et ita tenet Bar. in. d. §. lege. et Ange. in. l. ſi ſocer. et Bal. in. l. i. ff. ſo. ma. et in. l. fi. C. de do. ꝓ. Et ſic limita glo. in. c. fi. xxxij. q. ij. q̃ dicit ꝙ tenet eã dotare verũ ſi ꝓmiſit. alſ nõ. Nõ tamẽ habebit locũ ſtatutũ quo cauet vt filia dotata nõ ſuccedat in tali muliere. vt no. Pa. in. d. c. accedẽs. nec excludit a ſucceſſione ſaltẽ legitime ſicut ceteri filij. multomagis tenet pater dotare filiã q̃ non cõtraxit cõtra eius voluntatẽ et cõtra patrẽ poteſt implorari officiũ iudicis regulariter. vt dotet filiã. l. qui liberos. ff. de ritu nup. not. in. d. §. lege. habetur in. l. fina. C. de dotis pro.

5 ¶ Vtrũ frater teneat dotare ſororẽ. R. Pa. in. c. ꝑuenit. de arbi. cõiter tenet ꝙ ſic. no. glo. de laico. in. l. cũ plures. §. penl. ff. de admi. tu. et in. l. non omni. C. eo. ti. Rõ. quia ſm Cy. in. d. l. nõ omni. cauſa dotis ẽ fauorabilior q̃ cã alimentoꝝ. ꝓpterea tenet Bar. in. l. fi. ff. de his qui. vt indi. ꝙ pater poteſt relinquere filie ſpurie dotẽ. quia dos ſuccedit loco alimentorũ. idẽ notat in aut. ex cõplexu. C. de ince. nup. et ĩ l. meuius. §. duob⁹. ff. de le. ij. Unde ſicut tenetur alimentare. vt. s. alimenta. ſic et dotare in caſu neceſſitatis. Idẽ dic et fortius in clerico qui mag̃ tenet ad charitatẽ. vt in. c. i. ⁊ qd̃ ibi no. de emp. et ven. Et ſi nõ habet alia bona pt̃ eã dotare et aliã cõſanguineã de redditibus eccleſie ſi eſt inops. qd̃ probat per. c. primũ. de coha. cle. et mulie. et in. c. omnino confitemur. xxxi. di. quia ſicut. per. d. c. poteſt alere conſanguineos pauperes de redditibus eccleſie. ergo fortius dotare. cũ ſit fauorabilior: vt dictũ eſt. Q. d̃ verũ credo. dũmõ cõſtituat ad neceſſitatẽ ſue cõditionis nõ pompã faſtuoſitatis. ar. c. negociatorẽ. lxxxviij. di. ſi ergo. qui tenet alimentare, tenet dotare.

6 ¶ Vtrũ vir poſſit cõſtituere dotem vxori. R. Pa. in. c. et ſi neceſſe. de dona. inter vi. et vxo. ꝙ nõ poſt cõtractũ matrimoniũ. ſecus ſi ante matrimoniũ. qꝛ poteſt. vt. l. i. et qd̃ ibi no. C. d. do. ante nup. niſi ſit cõſtituta vt tunc dominium adipiſcatur cũ matrimoniũ fuerit ſubſecutũ: qꝛ nõ valet. vt in. l. qd̃ ſponſe. C. de do. ante nup. qꝛ nec ante matrimoniũ dominiũ tranſiuit. qꝛ noluit. nec poſt matrimoniũ: qꝛ nõ potuit. vt ibi glo. Fallit hoc in plebeio dotãte nobilem: qꝛ videt donare in recõpenſationẽ cũ nobilitate. quia poteſt vt ſup̃ Donatio. iij. in principio.

7 ¶ Vtrũ res emphiteotica poſſit a patre dari in dotẽ ſine cõſenſu domini. R. Specu. in titu. de loca. §. nunc aliqua. v. xc. ꝙ ſic. nõ trãſfert tamen plus iuris q̃ ipſe habet. vt in. c. nup. de dona. inter vi. et vxo.

8 ¶ Vtrũ feudatari⁹ cõſimiliter poſſit. R. Jo. an. in. d. c. nuper. ꝙ nõ. Inno. tamen ibi tenet ꝙ poteſt. et eũ ſequitur Pa. ibidẽ et etiam dicit in donatõne ꝓpter nup. Ego cõcordo ſic ꝙ vera eſt opinio ſecunda in feudo in quo ſuccedit filia. et prima opinio in illo in quo nõ ſuccedit. quia ſic eſt ratio diuerſa ab emphiteoſi in qua ſuccedit filia.

9 ¶ Vtrũ vir poſſit repellere vxorẽ nõ ſoluta ſibi dote ꝓmiſſa. R. ꝙ ſic. vt ſentit Hoſti. in. c. ꝑ veſtras. de dona. inter vi. et vxo. Nã dos datur ꝓpter onera matrimonij ſuſtinenda. vt in. d. c. per veſtras. et in. c. ſalubriter. de vſu. et in. l. ſi cũ dotẽ. §. ſin aũt. ff. ſo. ma. ergo poteſt hec onera recuſare ſi nõ habet vnde ſumat emolumenta. bonus tex. eſt ibi. et Bal. in. l. fi. C. ad velle. poſt Cy. in. l. qd̃ in vxorẽ. C. de ne. geſ. et Bar. in tractatu de alimentis. Ex quo cõcludẽ eũ nõ teneri ad traditionẽ dote prius nõ ſoluta. ſecus de debito cõiugali.

10 ¶ Vtrũ maritus ducẽs vxorẽ ſine dote teneatur eã alere de ſuo. R. ꝙ ſic ſm ſtatũ ſue ꝑſone vt notant et volũt Inno. Hoſti. in. d. c. per veſtras. et glo. in dicto. §. ſin autem. Facit tex. in. l. ꝙ ſi nulla. ff. de religio. Ratio ſm Innocẽ. quia perſonã ſuam dedit pro dote. vt in aut. qui. mo. natura. effi. legi. §. penul. et. ff. vt ĩ poſſeſſ. lega. l. penul. dicitur. ꝙ vxorem debet alere vt filiam.

11 ¶ Que ſunt p̃uilegia dotis. R. ꝙ multa. Primum: qꝛ oĩa bona viri ſunt tacite hypotecata pro dote. vt eſt tex. in. c. ex litteris. de pigno.

Secundū quia nõ perditur ꝓpter maleficiū vi ri nec etiā patris.vt no.glo.d.c.ex literis. Fallit in vxore primipilarij qui in eo officio deliquit.vt.C.quibus modis pig.ta.cõtra.l.ſatiſ notum.et.C.de primipi.l.vtilitas. Terciū q2 preponit̄ omnib⁹ creditoribus etiā prioribus qui habent pſonales actiones vel tacitas hypothecas.vt in.l.aſſiduiſ.C.qui poti.ī pigno.habe. Secus habentib⁹ expreſſas.vt no.glo.in.d.l.aſſiduis.et Dy.in regula qui prior.li.vi. Sed tamē dico cum Pa.in dicto.c.ex literis.ꝙ ſi conſuetudo eſt aliqua illam ſeruabo.l.ſi de interpretatione.ff.de legi.cum ſimilib⁹ Si vero nõ eſt dico ꝙ fauore mulierū debet ꝑferri etiam habentibus expreſſas hypothecas quia ſi mulier vincit eum qui ad refectionē rei dedit.vt in auten.quo iure.poſita ſuper.d.l.aſſiduis.qui tamē prefertur anterioribus habētibus expreſſas hypothecas.vt.l.interdum.ff.qui poti.in pigno.habeātur.ergo ſi vinco vincentem te multomagis vinco te.vt in.l.de acceſſionibus.ff.de diuerſi.tempo.pſcrip.adminus caſus dubius et in facto dubio potior eſt cõditio dotis.vt in.c.fi.de re iudi.et no.in.c.ex litteris.de ꝓba.cum hac opinione eſt Pe.et Cy.et Jo.an.licet cõiter doc.teneant cum glo.in.d.c.ex litteris. Et iſtud ꝑuilegiū vt ꝑferatur creditorib⁹ trāſit ad filios eius ſm Ale.de imo.in.l.etiam.ff.ſolu.matri.et ibi eſt glo.et alia in.l.i.C.de priuile.do.licet Bar.dicat cõtrariū. Sed poteſt intelligi opinio Bar.vt nõ loquatur de heredibus ſuis.vt ſunt filij ſed de extraneis qui nõ habent hoc priuilegiū.vt l.vnica.C.de priuile.do. Quartū quia eccleſia poteſt ſe impedire de dote.nõ ſolū in fauorem viduarū.vt in.c.nup.de dona.inter vi.et vxo.ſed etiā mariti petentis ſibi dotem ꝓmiſſam.vt in.c.per veſtras.eo.ti. Facit qđ no.Jnno.in.c.lator.qui filij ſunt legi.q̄uis alij contrarium teneant niſi acceſſorie. Quintū quia viro vergente ad inopiam iudice iubente põt dari pecunia dotalis mercatori cum pacto.vt capitale ſit ſaluū.et de lucro ꝑcipiant vir et vxor partē honeſtā cõpenſato lucro cū damno ſine vſura.vt.c.ꝑ veſtras.de dona.inter vi.et vxo. Jta tenet Jo.an.et Car.in.d.c.per veſtras.et Fulgo.in.l.cum duobus.ff.ꝓ ſocio.§.item ſi in facto.et Bal.in quodā cõſilio incipiente Viſo inſtrumento facto inter no. Ho.in ſum.de vſuris.§.an aliq̄. Pa.in.c.nauiganti.de vſuris.dicit ſe dubitare. Sed ego credo cõtractū vſurariū:niſi excuſet̄ ſm qđ infra dico. Societas ꝑmo.§.vij. Sextū q2 fundus dotalis alienari nõ pt etiā de cõſenſu mulieris.vt no.in.l.Julianus.ff.d fundo dotali.C.ad velle.aut.ſiue autē.nec etiā in hypotecā dari.vt.l.vnica.§.et cū lex.C.de rei vx.ac. Quod verū eſt niſi iuramentū interueniat.vt in.c.cū contingat.de iureiur.et.c.licet.de iureiu.li.vi. Multa ſunt et alia ꝑuilegia ī iure.de qb⁹ vide ſi placet ſpeculatorē eo.ti.hec omitto.q2 nihil ad cõfeſſorē. Tene tñ ꝙ his ꝑuilegijs gaudet dummõ mulier ſit catholica.alr̄s nõ.ut.C.de here.aut.item priuilegiū dotis.

¶ Vtrū eadē ꝑuilegia hēat in donatõe ꝓpter nup.q̄ hꝫ in dote mulier. R. Pa.poſt Jnno.in.d.c.ex lr̄is.de pigno.ꝙ aut mulier agit ad donationē ꝓpter nuptias tāq̄ ſpāliter ſibi obligatā ꝓ dote.et tūc hꝫ priuilegiū dotis.q2 agit potius ꝓ dote q̄ ꝓ donatõe ꝓpt̄ nup. Si vero agit vt eā lucret̄.ſic nõ gaudet:q2 ceſſant rõnes priuilegij dotis:ſed bñ hꝫ tacitā hypothecā.l.vbi.C.de iure do. Jntellige cõem nõ priuilegiatā.vt ꝑferat̄ alijs habētib⁹ eā. Jn parafrenalib⁹ aūt habes.j. Parafrenalia.§.ij.

¶ Ad quē ꝑtinebit dos ſoluto matrimonio. R. ꝙ licet maritus de ſubtilitate iuris efficiat̄ dñs dotis ſibi date.vt in.l.rebus.C.de iure do.et l.doce ancillā.C.de rei ven.tñ ad eū nõ ꝑtinet poſt mortē vxoris niſi in duob⁹ caſibus. Primus qñ inerat pactū de lucranda dote:vel donatõne ꝓpter nup.vt dictū ſup̄ in ꝑcedenti.c. Secundus qñ vxor inteſtata decedit deficiētibus liberis:et ꝓpinquis vir ſuccedit.et econtra vxor viro.l.vnica.C.vnde vir et vxor. Sed ꝑtinebit ad eum qui eā cõſtituit.ſi ſtipulatus eſt eā ſibi reſtitui.ſiue ſit extraneus.vt in.l.vnica.§.accedit.C.de rei vxo.ac.ſiue ſit pater. Si aūt nõ ſit ſtipulatus.tūc ſi eſt extrane⁹ qui eā cõſtituit reddet̄ vxori ſi ſupereſt vel heredib⁹ eius.ſi autem eſt pater in duobus caſibus erit filie. Primus ſi eam emancipauit. Secūdus ſi pater ꝑmoriatur ante eam:alr̄s filia premoriēte erit patris.etiam ſi extant liberi ex filia.vt dicit Din.per.l.dos a patre.C.ſolu.matri.cum qua opinione cõmuniter tranſeunt canoniſte.vt dicit Pa.in.c.fi.de dona.inter vi.et vxo.et Bar.in.l.poſt dotē.ff.ſo.ma.glo.in.d.l.dos.ſed opinio contraria que vult ꝙ reſtituatur liberis preualuit in vſu.vt dicit.d.glo.ſed filia ſuperſtite et patre.et nõ emancipata.tūc patri et filie.nec alteri⁹ ſine cõſenſu alterius reddet̄ l.ij.ff.ſolu.ma. Si vero eſt mulier q̄ ſibi cõſtituit dotem:tunc reddetur ſibi.d.l.vnica.vel heredibus ſuis:niſi rõne adulterij perdiderit vt infra dicam. Predicta limita vera:niſi ſint

ſtatuta que aliter diſponāt vt ſunt cōiter.

14 ¶ Sed nunqd viro vergente ad inopiā poteſt vxor petere dotē cōſtante matrimonio. R. q ſic. ſi modo ipa eā nō ſit cōſumptura. de quo vide in. c. p veſtras. de dona. inter vi. et vxo. et in l. vbi. C. de iure do.

15 ¶ Vtrū vir ꝓpter adulteriū vxoris lucret̄ dotem. R. q ſic. ſi per ſententiā fit diuortium. de dona. inter vi. et vxo. c. plerūq3. vel p exceptionem. vt dictū eſt ſupra. Adulteriū. §. iij. D. ōli mito dummō ipe vxori fidē nō fregerit etiam vxore inicia. q2 in cōſcientia quo ad lucrū dotis. credo q illud habeat locum paria delicta mutua cōpenſatione tolluntur. vt dicit. l. viro. ff. ſolu. ma. cum concordan. ibi poſitis. et. ff. de dolo. in. l. ſi duo. cum alijs cōcor. vt in. c. intelleximus. de adul. cum alijs cōcordan. Itē lucratur ſi vxor intrauit balneū cum viro alieno ſm glo. lxxxi. diſt. non oportet. Similiter vxor donationem ꝓpter nup. ſi vir cum muliere alia allegat. l. vlti. C. de repu. Fallit in iſtis duob9 caſibus quando mulier habet filios. quia tunc filij habebunt dotem quo ad ꝓprietatē: et alia bona matris ſue. ſm Jo. an. in. d. c. plerunq3. Facit aut̄. ſed hodie. C. de adul.

16 ¶ Vtrū amiſſa dote ꝓpter adulteriū ſi mulieri cōſtet de impedimēto tali q nō erat matrimoniū recuperet eā. R. q nō ꝓpter intentionē cū opere ſubſecuto. ar. c. nup. ⁊. c. vlti. de biga. hoc tenet Vo. Goffre. Lau. Ber. et Jo. Sed Tancre. tenet q recuperet. et placet magis. ne pena excedat caſum ſuum.

17 ¶ Vtrū heredes pexceptionem de adulterio poſſint retinere dotē. R. diuerſa fuit opinio. ſed mihi placet diſtinctio dn̄i Signorolis homodeis quā recitat. d. Jo. ant. de ſancto Geor. ī. c. plerūq3. vbi. s. Aut maritus viuēs ignorauit adulterium. ⁊ ſic poſſunt heredes excipere de adulterio: cū maritus non poſſit videri diſſimulaſſe ⁊ remiſiſſe. nec potuit remittere iniuriā quā ignorabat. vt. l. nihil intereſt. §. ſi cū fili9. ff. de inoffi. teſt. et. l. mater. §. i. eo. ti. et. l. legitimā. ff. de peti. here. et. l. vtiliuatē. ff. de ꝯfir. tuto. et idē dico ſi dubitat̄ an ſciuit. q2 pſumit̄ ignoraſſe. l. i. §. illud. ff. de li. agno. et. l. mariti. ff. de adulte. et. l. verius. ff. de ꝓba. Si vero ſciuit. et nō eſt conqueſtus. vt potuit de iure nouiſſimo etiā cōſtante matrimonio. aut. ſed nouo iure. C. de adulte. ſed vxorē retinuit cū fuerit leno. l. ſine metu. C. de adulte. ſic cum heredes tractent de lucro captando cōtra ipos replicabit̄. de lenocinio mariti. l. cū mulier. ff. ſo. mat̄. et ſic paria delicta mutua cōpenſatione tollentur. Facit quod notat Inno. in dicto. c. intelleximus. Et Ja. de are in. d. l. cū mulier. et in. l. rei. §. i. ff. ſo. ma. Si vero poſt ſcientiā vxorē nō retinuit. ⁊ tunc ſi queritur de delicto principaliter heredeſ nō poſſunt cōqueri. imo accuſatio debet fieri et inſcriptio. cum modificatione tamē quā facit glo. in aut. vt lice. ma. et auie. §. quia vero. ſed ſecundario ſic vt repellant petitionem dotis. vt in. l. fina. §. ſeia. ff. de adi. lega. et ſic concorda opiniones ſcdm hāc diſtinctionem.

¶ Vtrum vidua cōmittens ſtuprum et petēs 18
dotem a fratre mariti vel herede eius poſſit repelli pexceptionē de fornicatōe. R. dn̄s Jo. an. vbi. s. q ſic. de rigore iuris. et pdet dotem et ſic remanebit apud fratrē: vel heredes mariti ex offenſa facta defuncto. per tex. cū glo. et p id qō notat Bar. in. l. penul. C. de adulte. et ff. de liti. l. ſi. et. l. i. §. et ſi forte. ff. d iniur̄. ita determinat Pau. de ca. cōſi. cxix. Vide ibi multa pro et cōtra.

¶ Sed nunqd pater qui dedit dotē p filia p 19
det eam padulterio filie. R. q ſi nō eſt ſtipulatus eā ſibi reddi pdet. et ſibi imputet. vt tenet Jo. an. in. d. c. plerūq3. et Accur. in. l. conſenſu. C. de repu. et in. l. ſi dotē. C. de iur̄. do. ſed Dy. p. l. ij. §. item. ſi voluntate. ff. ſo. ma. dicit q ſi filia eſt in poteſtate patris nō preiudicatur patri. quin poſſit agere p dote. et ita ſimiliter dominus Anto. in. d. c. plerunq3. per. l. fi. C. de repu.

¶ Vtrū vir qui expulit vxorē ꝓpter adulteri 20
um nō notoriū ꝓpria autoritate teneat̄ ſoluere mutuū qō accepit vxor pro alimentis. R. q ſic. quia adulteriū notoriū nō priuat ipo iure alimentis: niſi ſententia lata ſit. ff. de dona. l. poſt cōtractum. cum ſua materia. et ad illud quod dicit̄ q mulieri obſtat exceptio adulterij. verū eſt quo ad futura. ſed nō quo ad alimēta que debent̄ ante ſententiā latam. et de hoc in. l. ſi inſtituta. ff. de inoffi. teſta.

¶ Vtrū frater q̄ viuēte patre de bonis pater 21
nis dotauit filiam teneatur illam dotem conferre mortuo patre. videt̄ q ſic p. l. certum. C. fami. hercīſ. et. l. fi. cum ibi no. Sed Bal. in. l. fi. C. de do. pmiſ. dicit caſum ſingularē: vt nō cōputet. ſed ego do tibi glo. in. l. dotem quam dedit auus. ff. de coll̄. bo. que dicit. ſi tempore mortis patris cōſtabat matrimoniū non eſſe cōmunicandū. allegat. l. filium. de coll̄. bo. et l. primā. §. fi. ff. de coll̄. dot̄.

¶ Vtrū cōfeſſio qua vir cōfitetur ſe recepiſſe 22
dotem cōſtante matrimonio valeat. R. q non

niſi appareat de numeratōne. Nā videt̄ dona
re Bal. in. l. i. in ſecūda columna. C. de do. ꝑ-
miſ. et Ange. in. l. penul. ff. que res pi. ob. po. et
Bar. in. l. ſi diuortio. et ibi legiſte. ff. de verbo.
obli. et alij in. l. ſi volūtate. C. de do. ꝓ. et p̄ſu-
mitur ſimulata cōſtitutio. vt dicit Bar. in. l. i.
C. de dona. ante nup. ꝺ hoc habetur in. l. i. vbi
ter. C. de dona. cau. mor. nō nu.

23 ¶ Quādo debet reſtitui dos. R. ꝙ ſi cōſiſtit
in rebus immobilibꝰ debet ſtatim reſtitui ſo-
luto matrimonio. Si vero cōſiſtit in mobilibꝰ
rebus ſic infra annū. C. de re. vx. ac. l. vnica. §.
exactio. Intellige tamē in marito ſi poteſt: qꝛ
ſi dolo malo nō eſt verſatus nō reſtituet niſi in
quantū poteſt. et idem priuilegium habebunt
filij eiuſdem matrimonij. cauebūt tamē tam
maritus ꝗ̄ filij de reſtituenda ſi ad pinguiorē
fortunam veniunt. vt no. in. d. l. vnica. in. §. cir
ca autē. et in. l. in cōdemnatione. ff. de re. iu. et
in. l. etiam. in principio. ff. ſolu. matri. nō tamē
tranſit ad heredes extraneos iſtud priuilegiū
l. maritum. ff. ſolu. matri. de hoc vide glo. in. c.
mulieres. et ibi per canoniſtas. de dona. inter
vir. et vxo.

24 ¶ Sed pone quādo fuit data dos erāt res im
mobiles quas vendidit maritꝰ ⁊ emit res mo
biles ex earū p̄cio. Rn̄deo ꝙ nō cōputabunt̄
immobiles ſed mobiles. caſus eſt in. l. cum in
fundo. §. ſi fundus. ff. de iure do. Et ideo limi-
ta dictū. ſ. ꝙ ſint mobiles vel immobiles tem-
pore mortis viri: ⁊ ita iudicabunt̄: nec valebit
ꝙ ſurrogatū ſapiat naturā ⁊c. qꝛ nō eſt verū
hic. et ideo nō ſtatim reſtituent̄.

25 ¶ Utrū maritus vel heredes expēſas factas
in dote poſſint defalcare. R. glo. in. d. c. mulie-
res. ꝙ neceſſarias ſic ipſo iure. vtiles nō minu-
unt dotē. ſed petunt̄ act. mandati vel negocio-
rū geſtorum. voluntarie etiā cum cōſenſu vxo
ris facte ſolum permittuntur abradi. ſi pn̄t ſi-
ne leſione rei. C. de rei vx. ac. l. vnica. §. ſed nec
et. l. i. ff. de impen. in re. do. factis. Sꝫ h̄ nō ha-
bet locū in expenſis factis ꝓ exactione vel de-
fenſione dotis. qꝛ maritus eſt dn̄s fructuū do
tis. et ſic tanꝗ̄ dn̄s ipſaꝫ tuetur. vt no. ff. de im
pen. in re. do. fac. l. ij. Et ideo nō poterit repe-
tere vt tenet Specu. ti. de dote poſt di. re. §. vl.
ver. illud etiā. et Jo. an.

26 ¶ Utrū heredes teneantur alere mulierē re-
lictam infra annū. R. ꝙ ſic. Q̄ꝺ verū eſt ſi nō
habet aliunde. vnde alatur. nō tn̄ ſm quantita
tem dotis. quia ſi fructus excederēt nō tenen-
tur niſi ſolum ad alimenta. Et ſi aliquid de do
te reſtituunt tenentur in reſiduo alimentorū.

ita no. glo. in. d. §. exactio. et. ff. ſo. ma. l. diuor-
tio. in p̄n. Un̄ ſi pr̄ p̄ſtitit alimēta filie poterit
eam repetere. ab heredibus viri. Facit qꝺ no.
Bar. in. d. l. diuortio. Si vero hꝫ vn̄ alat̄. tūc
heredes nō tenent̄. ita tꝫ glo. in. d. §. exactio. et
ꝓbat̄ in. l. extraneo. ff. de ven. in poſ. mit.

¶ Sed nunq̄d tenetur habitare cū heredibus 27
mariti. R. Bar. in. d. l. diuortio. ꝙ nō. quia nō
inuenit̄ in iure expreſſum. cōtrarium tamē vi-
detur verius. quia infra annū dicit̄ mulier q̄ſi
eſſe in matrimonio. C. de bo. ma. l. fi. et ſic con
ſuluit. d. Car. ꝙ nō poterit alimenta petere. ſi
cōtra eoꝝ voluntatē alibi ſit demorata. dum-
mō honeſte poſſit apud eos demorari.

¶ Utrū licite mulier poſſit ꝑcipere certū q̄d 28
ꝓ alimentis ab heredibus mariti. donec dotē
ſibi reſtituant. R. ꝙ ſic. de iure cōi iuxta no. ꝑ
Bar. poſt Cy. C. de bo. aut. iudi. poſ. aut. ei q.
Et per Ang. in. l. ticia. ff. ſo. ma. et Pau. de ca.
cōſi. ccclxxiiij. et Pano. in. c. de prudentia. de
do. poſt di. re. recitat Jo. de lig. in cle. ex gra-
ui. de vſuris. et ſequit̄ dicentē ꝙ valet ſtatutū
vt heres ſoluat certū quid ꝓ centenario. Limi
tat tamē idē Pa. hoc in ea que nō habet vnde
aliunde viuat. ſed nō mihi placꝫ iſta limitatio
quando nō accipit tale quid rōne lucri. ſed rō-
ne intereſſe lucri ceſſantis. vtputa quia potiꝰ
vellet habere dotē vt eam implicaret in poſſeſ-
ſionibus vel alijs negociationibꝰ de quibꝰ ve
riſimiliter tm̄ vel plus haberet. al's nō liceret.
Et ſic intelligo Jo. de imo. in. d. cle. ex graui.
poſt Ojat. de mat. q̄ tenēt nō licere ſine vſura.
puta. qꝛ ſolū accipit rōne lucri.

¶ Utrū vir licite accipiat poſſeſſionem in pi- 29
gnus ꝓ dote ſoluēda. vide. ſ. vſura. i. §. xxv.

Dubium ſm Iſi. li. et hi. eſt motus in-
differēs in vtrāqꝫ partē ꝯtradictōnis
vel dic ꝙ dubiū eſt equalitas rationū
cōtrariarum ſm p̄hm.

¶ In dubijs vbi verſatur ꝑiculū aīe ſemꝑ tu i
tior ꝑs eſt eligēda. et ī ipſis qꝺ certius eſt tenē
dum. et qꝺ ſine periculo explicari pt̄. ita dicit
Pa. in. c. iuuenis. de ſpon.

¶ Utrū in dubio debeamꝰ interp̄tari vt potiꝰ 2
q̄s nō ſit irregularis. R. vt colligo ex pa. ī. c. cū
tu fili ꝓpoſite. de teſti. ⁊ ī. c. ad audientiā. ꝺ ho
mi. Aut loquimr̄ in foro aīe. et ſic debemꝰ inter
p̄tari irregularē. ⁊ ſic de alijs. ubi dubitat̄ de
aliq̄ delicto. vide glo. ī. c. vnico. de ſeru. ī or. fa.
Siſr dicēdū ī foro q̄ſi pnīali. vtputa qꝛ n̄ agit̄
ad penā ꝓprie. ſꝫ vt a miſterio abſtineat. aut ab
alio ī q̄ ſubeſſet pctm̄. ſicut ī ꝯctu mr̄ionij. Fa-
cit. c. ſignificaſti nobis. de homi. ⁊. d. c. iuuenis.

aut loquimur in foro ꝯtētioſo, et ſic debemus
interꝑtari ꝓ nō maxime, vbi agit̄ de pena. pu
ta, q꜠ celebrauit, q꜠ collatio nō tenuit ⁊ hmōi.
q꜠ ī penis melior interꝑtatio eſt fiēda, vt ī re-
gula ī penis, et regula odia. li. vi. et idē dic in
excōicatōe, et ſimilibus.

3 ¶ Quō ſūt interpretāda ab aliis facta dubia
ꝓximoꝝ. R. c. eſtote miſericordes. de re. iur. ꝙ
in meliorē ꝑtē. vide. ȷ. iudiciū. §. xvij.

4. ¶ Verba dubia ſunt accipienda ſm̄ intentōꝫ
ꝓferētis. ff. de re. iur. in ambiguis. et vt res po
tius valeat ꝙ̄ pereat. c. abbate. de ver. ſig. alˢ
ſm̄ cōmunem vſum. c. di. cōtra morem. vide. s.
caſtitas. §. i.

5 ¶ In quo differt dubiū ab opinione ⁊ fide et
ſciā. vide. ȷ. opinio. in ꝑn.

6 ¶ In re dubia fidei: autoritas ē requirēda ro
māne eccleſie. xi. diſ. palā.

7 ¶ In reb⁹ ambiguis abſolutū nō dꝫ eſſe indi
ciū. xxxiij. di. c. habuiſſe. imo qñ dubiū eſt in ꝑ-
ſona: vel in facto: vel in iure. nullo mō ſnīa eſt
ferenda. xxx. q. v. iudicantē.

8 ¶ Nō dicit̄ iteratū qđ dubitat̄ factū. đ pſby.
nō bap. c. veniēs.

9 ¶ Dubio exñte in iure mr̄ionij tuti⁹ eſt ꝯ̄ ſtatu
ta hoīm dimittere copulatos ꝙ̄ diſiungere cō
iunctos ꝯ̄ ſtatuta dei. c. licꝫ ex quadā. de teſti.

Duellum eſt pugna duoꝝ. vt dicit̄ in
c. monomachiā. i. ſingulare certamen.
ij. q. v. et fit ad ꝓbationē alicuius rei
ita vt q̄ vicerit ꝓbaſſe videat̄ qđ eſt ꝓhibituꝫ
ſub pena mortalis pctī. q꜠ ꝯ̄ legē dei. ibi. nō tē
tabis dn̄m deū tuū. Math. iiij. et dicit̄ in. d. c.
et ideo nō ſolū offerēs ſed acceptās cū dantib⁹
auxiliū: cōſiliū vel fauorē et valentib⁹ ꝓhibe-
re ⁊ nō ꝓhibentib⁹ peccāt mortaliter. Ad ro.
c. i. digni ſunt morte q̄ ꝯſentiūt. et nō excuſant̄
ex ꝯſuetudīe vel metu acceptātes. niſi vt. ȷ. di-
cā. q꜠ potius debet q̄s q̄libet mala tolerare ꝙ̄
malo cōſentire decernat. xxxij. q. v. ita ne. nec
obſtat ꝙ dauid cū golia exercuit. q꜠ āuctē ſpi
ritusſancti fecit. ſicut et ſamſon. vt dicit glo. in
d. c. monomachiā. xxiij. q. v. ſi nō licet.

1 ¶ Que pena ē clerici in duello pugnātis. R.
ꝙ dꝫ deponi: et eſt irregularis. tn̄ epūs pt̄ di-
ſpenſare. dūmō mors vel membroꝝ diminu
tio nō interuenerit. c. i. de cle. pu. in du. nec ſolū
efficit̄ irregularis ſi ipē pugnat ſed etiā ſi aliū
ꝓ ſe pugnare facit. vt in. c. ij. eo. ti. ⁊ quicūꝗ hꝯ
mandat cōſulit aut defendit ſi mō homicidiū
ſequat̄ vel mutilatio. vt in. d. c. ij. diſpenſat tn̄
epūs cū clerico in beneficio. etiā habendo ſolū
ꝓ ſuſtentatōe. vt in. d. c. ij. cū ibi no. dummodo
nō habeat curam animarū.

¶ Sed nunqđ ille qui cogit̄ a iudice tali mō, 2
ꝙ ſuſpendet̄ quia habet eū ꝓ cōuicto niſi duel
lum ſuſcipiat. poſſit ſuſcipere cum ſit innocēs.
R. diuerſa fuit opinio. vt no. in. c. i. eo. ti. ſed
mihi placet ꝙ talis coactus tali coactōne lici
te ſuſcipiat. et etiā in cauſa ciuili quādo nō im
minet ꝓbabile periculū mortis. q꜠ ſicut licet
ſe defendere ⁊ res ſuas et alia facere q̄ de ſe nō
ſunt mala. ſic pugnare qñ alio mō nō pt̄ euade
re. Facit. c. interfeciſti. de homi.

¶ Vtrū clerici qui reliquias afferūt pugilib⁹ 3
ad pugnandū ſint irregulares ſi ſequatur ho-
micidium. R. ꝙ ſi omnino ſine ipīs erant pu-
gnaturi nō erunt irregulares. alˢ ſic. et ſic in-
tellige opiniones diuerſas. et cōcorda ſm̄ hāc
diſtinctionem.

¶ Q. đ dictū eſt de duello Idē dic de iudicio 4
aq̄ feruētis vel ferri candētis. c. fi. de pur. vul.

Ebrietas eſt priuatio vſus intellect⁹
facta ad aliqđ tps ex immoderato po
tu vini: vel cuiuſcunꝗ alterius rei po-
tabilis.

¶ Vtrū ebrietas ſit peccatum mortale. R. vt 1
colligo ex Alex. ī ſe. ſe. et gl. xxv. di. §. alˢ ea de
mum. et doc. ibidē. ꝙ aut raro cōtingit aut aſ
ſidue. Si raro ſic diſtinguo: ꝙ aut inebrians
ſe cognoſcit vini potentiā et ſuā cōplexionē di
ſpoſitā ad ebrietatē: et tn̄ magis vult ebrieta-
tē incurrere ꝙ̄ a potu abſtinere. et ſic eſt pctm̄
mortale. Aut inebriās ſe: neſcit vini potentiā
et ignorat ꝙ ex tali potu poſſit īebriari vel nō
aduertit. et ſic ē nullū peccatū vel veniale ſm̄
exceſſuꝫ ī potu ⁊ negligentiā in aduertēdo. Si
vero aſſidua ſit ebrietas ſic eſt mortale pctm̄
nō ꝓpter iterationē act⁹. q꜠ mulplicatio actuū
venialiū nō auget in infinitū. ſed q꜠ nō poteſt
eſſe ꝙ homo aſſidue inebriet̄ quin ſciens ⁊ vo
lens ebrietatē incurrat: aut ſaltē omittat dili
gentiā quā debet adhibere de neceſſitate ne in
ebriet̄ cū habeat tps deliberatōis reprimēdi
motus veniales ne ꝓcedant in regnū peccati.
Ille vero q̄ ꝓcurat vt q̄s inebriet̄ cōiter mor
taliter peccat ſiue ſequatur ebrietas ſiue nō. ſi
ue ſit peccatū mortale. in eo q̄ inebriat̄ ſiue nō
qui cōſentit in damnū notabile ꝓximi.

¶ Vtꝝ ꝓpter ſanitatē liceat inebriari. R. ꝙ 2
nō ſine pctō mortali. tā ī operāte ꝙ̄ in patiēte
ſciēter vel ē ꝙ ſm̄. ſ. Tho. ꝛa ſe. q. cl. cibus vel
potus q̄ eſſet ſuꝑfluus ſano nō erit ſuperfluus
infirmo. puta. q꜠ dat̄ ei cauſa medicīe ad ꝓuo
candū vomitū ⁊ ſine peccato: qñ talis infirmi
tas id requirit: ſed nō vſꝗ ad ebrietatē.